Ora non fixit lachꝛymis ſed eſſe
Cenſoꝛ extincti potuit decoris
Hic tamē ſceptro populos regebat
Quos vidit ꝯdens radios ſub vndis
Phebus extrēo veniens ab oꝛtu
Quos premūt ſeptē gelidi Triones
Quos notus ſicco violentus eſtu.
Toꝛret ardentis recoquens harenas
Celſa non tandeꝫ valuit potas
Heu grauem ſoꝛtem quotiens iniquas
Additur ſeuo gladius veneno

Hic licet a Seneca viro preſtātiſſimo ī rethoꝛica ac phloſophia optīe edoctus
eſſet: omnia tamen hec vitia in imperij ſui pꝛincipio ita occultauit vt bonaꝫ ſpē
omnibus pre ſe ferret. Nam in vrbe ⁊ extra ſplendide edificauit ⁊ inter cete-
ra Thermas rome ſuo nomine: ⁊ domum auream ⁊ poꝛticum trium milium
paſſuum mira celeritate perfecit: iudeis plurimum fauit ⁊ q̄maxime Agrippe
eorum regi cuius regno multa adiecit. Tandem vero cum .14. annis ⁊ ſeptem
menſibus in his obſcenitatibus perduraſſet ita irā ⁊ odiū populi Romani in ſe
concitauit vt ad penas quamdiligentiſſime queſitus fuerit. Qui e palatio fugi-
ens ad quartum vrbis miliarium in ſuburbano liberti ſui inter Salariam ⁊
Numentanam viam ſeipſum interfecit anno etatis ſue .32. In eoq; omnis Ce-
ſarum familia conſumpta eſt. Corpus eius (vt ex pꝛiuilegiorum noſtri ordinis
monumētis didicimus) intra vrbem ad poꝛtaꝫ flammineam ſepultum fuit: vbi
quadragintaquinq; ſupra ſeptingentos fere annos vſq; ad Paſcalis pꝛimi pon-
tificis maximi tempora manſit: ſupra cuius corpus Nux arboꝛ enata eſt quam
inſederant demones locum cuſtodientes: ac multos ex vꝛbe per eam exeuntes
crudelem in modum lacerantes. Quod animaduertens paſcalis idem pontifex
permotus populi ſui malis que in dies prope ſingulos nunciabantur ea de cau-
ſa euenire. Ieiunium ciuitati indixit: obſecrauitq; immortalem deum vt popu-
lum Romanū a tam deteſtabili eriperet clade Cui beata virgo Maria appa-
rens indicauit ei oſſa Neronis ibidem eſſe condita: monuitq; ut e loco illo ca ī
Tyberim proiiceret. Quod cum feciſſet inde omnis demonum vis expulſa eſt.
Uiſo miraculo pontifex ibi in honorem beate virginis ſtatim altare conſtituit
Edes deinde in ipſius beate virginis honore extructa fuit Que etiam a nomi-
ne facti: quia ex tūc a populo frequentari cepta fuit Eccleſia ſancte Marie de
populo eſt appellata. Ubi propter huius facti memoriam innumerabiles pene
indulgentie poſtea per ſummos pontifices conceſſe fuerunt Quem ſane locuꝫ
fratres ordinis noſtri Eremitarum diui Auguſtini incoluere Et poꝛta ante
Flammea dicta ex illo etiam ⁊ deinceps populi poꝛta vocata eſt. Denuum
Syxtus quartus pontifex maximus Pauli Bergomenſis ibidem digniſſime
pꝛeſidentis hortatur ⁊ induſtria a fundamentis maxima impenſa iſtaurata eſt
vt latius in eiuſdem Syxti pontificis temporibus dicetur.

Neronis ſepultura

Longinus quidam miles ⁊ Centurio qui Pilati iuſſu lancea dn̄i coꝛpus ape-
ruerat deq; cruoꝛe decurrente viſum cecus receperat. Hoc ipſo anno apud Ce-
ſareā cappadocie martyrio coꝛonatur.

vi Feſtus Romanus Patricius poſt Felicem ſexto Neronis anno in iudeā pꝛefeſ-
ſus procuratoꝛ mittitur. Uir quidem iuſtus qui vno oꝛdine negocijs pꝛeeſſe
ſtuduit. Unde cum vniuerſam pꝛouintiam latronibus plenam offendiſſet: viri-
bus quibus potuit eos qui illam infeſtabant ſollicite perſecutus ē: ac latrones

Nero
multos interfecit. Hic (vt Lucas euāgeliſta refert) Paulū apl'm cū pñte Agrip
pa rege rōnem ſue religiōis exponere tētaſſet: vinctū Romā ad Nerōnē miſit. 65
Albinus autem poſt tertium annum huius feſti ſucceſſoꝛ fuit: qui non eadem iu
ſtitia iudeoꝛum negocijs fuit. Vir callidus auarus ac malignus qui nullam ini-
quitatis ſpeciem pꝛetermiſit. Quattuoꝛ quippe annis pꝛefuit: in quibuſ vniuer
ſa pꝛophanauit. Nam (vt Joſephus tradit) non ſolum ciuibus furabatur ſingu
loꝛumqꝫ ſubſtantias diripiebat: ſed ⁊ latrocinantibus fauebat: ⁊ qui eamobꝛeꝫ
a decurionibus compꝛehendebantur accepta a cognatis ⁊ parentibus pecunia
relaxabat. Pꝛopterea hieroſolimis hac de cauſa facinoꝛoſoꝛum qui res nouare
cupiebant creuit audacia. Nam quos conſtabat officijs indignos ⁊ ſupplicijs
dignos q̄libentiſſime ad dignitates ⁊ vrbis officia pꝛomouebat: his etiaꝫ qui
tumultū in vrbe excitabant non modo non indignabatur ſed etiaꝫ largitionibuſ
ſe redimentibus fauebat. Unde ⁊ multiplex dominatio ſui cauſa in vrbe ſur-
gere cepit: que ab illo tempoꝛe ſemina future captiuitatis ſparſere | ⁊ bello iudai
co dedere pꝛincipia.
Floꝛus Geſſius | anno decimo imperij Neronis | quinto auteꝫ ⁊ decimo regni A 67
grippe (teſte Joſepho) Albino ſucceſſit. Qui inito magiſtratu | multis malis vt
vir malignus violentuſqꝫ | iudeos attriuit: ⁊ pꝛe magnitudine maloꝛum eius Al
binum quaſi iuſtum iudicem iudei laudabant. Quia Albinus malignitatem ſu
am callebat ⁊ occultabat: ne depꝛehenderetur a turba. Hic autem quaſi ad do-
cendam nequitiam miſſus | iniquitates ſuas in iudeos aperta malignitate ōmō-
ſtrabat: quia neqꝫ direptionibus pcebat: ſed modum iniuſti ſupplicij effrenata
rabie ſequebatur. Ad miſerēdum enim inflexibilis erat | ⁊ auarus omnibus lu
cris: latronumqꝫ direptionibus ꝯmunicabat. Quapꝛopter infelices iudei cū ei⁹
latronūqꝫ direptiones | ſuſtinere nequirent | multi ex eis receſſere: ⁊ relictis p̄ꝛm
ſolēnitatibus ad alienigenas ſe tranſtulere nationes. His malis moti iudei: ſe-
cundo adminiſtrationis Floꝛi anno | bellum contra Romanos ſuſcepere menſe
ſ. maio quod per annos. xij. pꝛotractum fuit. Hic autem Floꝛus vxoꝛem nomie
Cleopatram habuit: malignitate marito non minoꝛ: que a Pompeia Neronis
vxoꝛe hāc dignitatē marito obtinuit. ¶ Perſecutio chꝛiſtianoꝝ pꝛima.
Nero itaqꝫ imperatoꝛ tertiodecimo imperij ſui anno ſuper omnia ſecula ſua etiā
i Chꝛiſtianos pꝛimus perſecutionem exercere cepit. In qua Petrus ⁊ Pauluſ
apoſtoli ⁊ infraſcripti ſingulares viri Rome: alibiqꝫ glorioſo martyrio coꝛonati
ſunt. Quoꝛum de numero quadragintaſeptem pꝛimo fuere a beato Petro Ro
me baptizati: qui cum eodem apoſtolo continerentur cuſtodia | tandem omnes
ſub deuotiſſima fidei confeſſione ibidem Neroniāo gladio ꝯſumpti ſunt. Quo
rum feſtiuitatē . 2°. Jdus Martij celebꝛari mandatū ē.
Nereus ⁊ Archileus fratres ſub hac perſecutione Rome martyrio coꝛonant̄.
Qui pꝛimo apud inſulam pontiam longum duxerunt exilium: ac poſtmodum a
quodam iudice grauiſſimis attracti fuerunt verberibus: deinde cum ad imolan
dum equuleo ac flāmis cōpellerentur: dicerentqꝫ ſe a beato Petro apoſtolo ba
ptizatos nulla poſſe ratione idolis imolari | capite ceſi ſunt. Quoꝛum feſtiuitatē
eccleſia 4°. idus Maij celebꝛari mandauit.
Pꝛoceſſus autem ⁊ Martinianus Romani milites a Petro apoſtolo baptizati:
cum Neronis iuſſu oꝛis contuſionem: equuleum: neruos: fuſtes: flammas: ſcoꝛ
pioneſqꝫ perpeſſi eſſent | nouiſſime gladio ceſi ſexto nonas Julij martyrio coꝛo-
nantur. Quo die eoꝛum feſtiuitas celebꝛatur.
Toꝛpetus Romanus ciuis qui apud Neronem magnus fuit | ab eodem martyr
Chꝛiſti efficitur. Et pꝛimo quidem eodem imperatoꝛe iubente alapis ceditur
verberibuſqꝫ diutiſſime afficitur: necnon ⁊ beſtijs deuoꝛandus traditur. Sed
cum minime leſuſ fuiſſet: tandem capitis obtruncatione. 16°. kl'as iulij comple-
uit martyrium: in quo etiam eius feſtiuitas celebꝛat̄.
Toꝛquat⁹ quoqꝫ ⁊ ſecundus: Cecilius: Eſitius ⁊ Euphꝛaſius ſc̄iſſimi ꝯfeſſoꝛeſ
oēs vno die apud hiſpanias martyrio coꝛonantur. Nā omnes ab apl'is Petro

Nero.

⁊ Paulo Rome epĩ ordinati confeſtim ad predicãdũ vbũ dei hiſpanis ĩfidelibꝰ ſunt directi. Cumqꝫ varijs in vrbibus euangelizaſſent: ⁊ innumeras eius gẽtis multitudines chriſtiane fidei ſubiugaſſent. Tandem Torquatus Acci. Ceciliꝰ Heliboꝛi. Euphraſius Eliturgi quieuere. Deinde ſextodecimo kl'as Iunij eorum feſtiuitatẽ eccleſia celebrari mandauit.

Nazarius Aphricani Romani ciuis filius a Lino epiſcopo baptizatus ab Anolino prefecto Mediolani martyr efficitur. Hic cum omnem galliam predicando perambulaſſet: ⁊ apud Carmelum ciuitatem filium cuiuſdam vidue ciuitatis primarie nomine Celſum baptizaſſet/ Mediolanũ rediens ab Anolino ibidem preſide captus diuqꝫ in carcere tentus: gladio tandem occiſus ẽ cum eodẽ Celſo puero. Quorum corpora (vt ſanctus Paulinus ſcribit) cum vſqꝫ ad Honorij ⁊ Archadij imperatorum tempora latuiſſent. beatus Ambroſius reuelãte domio reperijt.

Marcellum ⁊ Apulleum viros inſignes/ ſub hac perſecutionis rabie apud Romam coronatos fuiſſe conſtat. Qui primo per apoſtolum Petrum relicto Simone Mago doctrine apoſtolice ſeſe tradiderunt ac poſtmodũ ſub Aureliano ꝯſulari viro Neronis iuſſu martyrij coronaꝫ reportarunt: ⁊ non longe ab/ vrbe Roma ſepulti referuntur.

Frontonius quidam Romanus vir ſanctus a Petro apoſtolo Rome epiſcopus ordinatus: cum Sergio presbytero quem per apoſtoli baculum in itinere sociũ de morte receperat ad Petragoricas Gallie ciuitatem: his temporibus veniẽs magnam gentis illius multitudinem ad Chriſtum conuertit. Multis deinde miraculis claris: octauo kl'as Nouembris/ vt ſanctus quieuit in dño: quo etiaꝫ die eius feſtiuitatem celebramꝰ.

Paulus Narbonenſis epiſcopus ⁊ confeſſor: quem (vt diximus) Paulus apoſtolus ordinatum eidem vrbi deſtinauerat antiſtitem: Quiqꝫ cum eodem apoſtolo ad Hiſpanias predicandi gratia pergens ibidem relictus fuerat: per hoc tempus predicationis officio non ſegniter expleto: miraculis clarus: ſexto idus decembris quieuit in domino.

Tecla virgo pulcherrima atqꝫ/ ſanctiſſima: pauliqꝫ apoſtoli diſcipula/ que in confeſſione tria atrociſſima pertulerat tormenta. Fuſtes videlicet Beſtias ⁊ igneſ poſt multa etiam ⁊ incredibilia alia certamina ad doctrinam multorum ꝑ hos dies/ cum de Iconio veniret Seleuciam/ nono. ſ. kl'as octobris in pace quieuit. Quo poſtea die eius feſtum celebrari conſtitutum ẽ.

Maria Magdalena Chriſti Ieſu apoſtola: per hoc tempus (vt aiunt) haud lõge a Maſſilia galliaꝝ ciuitate migrauit ad dominũ. Hec ab adoleſcẽtia ſua (vt ſacra eius habet hiſtoria) cum eſſet cunctis iudeorum puellis pulchritudine ꝑlata: ex Marte ſorore ⁊ germani Lazari ſententia/ in Magdalum caſtellũ marito tradita fuit. Sed voluptatum fallacia ⁊ letitia vana ſeducta: a marito pauloposſt Hieroſolimam fugit: vbi ⁊ generis/ ſui immemor ac legis diuine oblita: vulgaris ⁊ impudiciſſima meretrix effecta eſt. Ac poſtꝙ̃ ſponte ſe fecit turpitudinis proſtibulum iure facta eſt demoniorum delubrum: Uerum domino Ieſu aliquando predicante/ ⁊ terrorem peccatoribus (vt fit) intentante confeſtim ante oculos cordis ſui culpas turpitudinis ſue/ ⁊ eternum iudicium poſuit Tactaqꝫ dolore cordis intrinſecus/ culpas ſuas fletibus amariſſime punire cepit. In ſeqꝫ reuerſa ait: Quid fruſtra deciperis Maria? Surgam (inquit) ⁊ ad Ieſum Chriſtum dominum deum verum/ rerumqꝫ omnium creatorem: ⁊ redẽptoreꝫ meum ibo: plangamqꝫ dolorem meum/ ac mea ſcelera amariſſime deplorabo. Atqꝫ ita Lupanar confeſtim exiens/ ſuiqꝫ oblita/ ad Chriſtum in domo Simonis leproſi conuiuantem venit: ⁊ ad pedes eius retro acceſſit/ ibiqꝫ vbertim lachrymas effundens: quaſi peccatorum veniam ſibi elargiri poſtulans/ ipius domini pedes lachrymis lauare cepit: ⁊ capillis capitis ſui tergens/ exoſculabatur/ vnguentoqꝫ precioſiſſimo vngebat. Quo viſo (vt ſacra euangeliorum habet hiſtoria) dominꝰ ad illã Mulier inquit: remittũtur tibi peccata tua. Fides

Nero

tua te ſaluam fecit: vade in pace. Ac per hoc mercedem corporiſ ſui a ſe omnino abdicans: ⁊ aliam ſalutis viam repetens: quoad dominus noſter Jeſus Chriſtus vixit eidem ardentiſſime inheſit ⁊ optimam partē (eo teſtāte) elegit. Poſt vero domini aſcenſionem (vt Egeſippus ad verbum ſcribit) domo eius in eccleſiam conſecrata: aſperrimam Heremum petijt: ⁊ in loco angelicis manibus p̄parato per. 30. annos incognita manſit: vbi ⁊ qualibet die ſeptem horis canonicis ab angelis in ethera eleuabatur ⁊ celeſtium agminum glorioſos concentus corporalibus etiam auribus reficiebatur. Unde diebꝰ ſingulis bis ſuauiſſimis ſaciata conuiuijs per eoſdem angelos ad locum proprium inde reuocata alimētis corporalibus nullatenus indigebat. Atq; ita cum adeo bonis delectata corporalibus aliquando diſceſciſſet: ad eum deniq; per hanc penitētie amaritudinē fragranti deſiderio redire curauit.

Papa ſecūdus 75 5274

Linus papa: beato Petro vltimo Neronis anno in pōtificatu ſucceſſit ⁊ ſedit annis. ii. menſibus. 3. ⁊ diebus. 12. Uir certe moribus ⁊ ſanctitate preclarus. Qui ex precepto magiſtri ſui Petri: conſtituit nequa mulier niſi velato capite vnquam templum ingrederetur. Fuit hic natione Tuſcꝰ ex patre Herculiano: qui cum demones effugaret mortuoſq; ad vitam reduceret. Tandem a Saturnino conſule cuius filiam a demonibus liberauerat: capitali ſententia punitur ⁊ martyr Chriſti efficitur: ac vndecimo k'las octobris in Uaticano iuxta corpus beati Petri ſepelitur. Quod quidem ſanctiſſimum corpus (vt aiunt) poſtea a quodam Gregorio Oſtienſi epiſcopo in Oſtiam ciuitatem tranſlatum: ⁊ in diui Laurentij templo honorifice conditum fuit. Hic ſacros ordines in vrbe bis celebrans. 18. preſbyteros ⁊. xi. epōs creauit. Scripſit quoq; res geſtas beati Petri maxie eiꝰ cuȝ Simone mago contentionem.

Uiri doctrinis excellentes.

Euax Arabum rex inſignis quidem philoſophus ac rhetor hac tempeſtate floruit. Qui inter cetera volumen de medicinis optimum ad Nerone dedit. In quo non ſolum herbarum medicinalium: ſed etiam lapidum ſpecies nomina ⁊ colores: ac quibꝰ in regionibus valeant reperiri ſcripſit. De quo etiam Plinius libᵒ 25ᵒ meminit dicens: Euax Dionyſius ⁊ Metrodorus herbaruȝ effigies pinxere: earumq; effectus ſubſcripſere.

Uectius Ualens medicus: qui vt Plinius li. 29. Meſſaline vxoriſ Claudij adulterio nobilitatus fuerat per hec tempora multam nactus potentiaȝ Rome i medicinis nouam ſectam inſtituit. Et Galieno teſte libro primo de regimine ſanitatis librum ad Neronem ſcripſit. In quo cunctis medicis ⁊ philoſophis taȝ veteribus ꝙ̄ modernis ſeipſum effrenata quadam temeritate prepoſuit. Hyppocratēq; omnium medicorum principem maxime ſupplantauit. Hunc Galienus ipſe ignoratiſſimum fuiſſe oſtendit: nec inter medicos: ſed inter textrices ſordide creuiſſe: cū eius pater lane pectinator: ⁊ mater textrix fuerit.

Critiam quoq; Maſſilienſem medicum hiſdem temporibus floruiſſe conſtat: q etiam vt idem Plinius libro. 29ᵒ ſcribit ad motus ſyderum ex ephymeride mathematica cibos perhibēſ: horas obſeruans auctoritate Theſallum preceſſit p̄dicum. Hic eodem auctore teſte innumeras diuitias poſt ſe reliquit: ⁊ libros in medicinis vtileſ edidit.

Probus Berythius grāmaticorum eruditiſſimus Euſebio referente Rome per hoc tempus agnoſcitur: qui ⁊ nōnullos perutileſ in grāmaticali profeſſione edidit tractatus.

Statium quoq; Urſulum natione Toloſanum clariſſimum oratorem his tēporibus claruiſſe ſcribit Euſebius: qui ⁊ per omnem galliam rhetoricam celeberrime docuit.

Galba 71 5370

Galba Sergiꝰ antique nobilitatis ſenator ab Hiſpanis galliſq;. 73ᵒ etatis ſue āno poſt Neronē Sextꝰ Romanoꝝ iperator electꝰ ē: ⁊ ipauit mēſibꝰ ſeptē. Qui (vt Suetoniꝰ ait) a pricipio liberalibꝰ ſtudijs ⁊ iuri ciuili operā dedit. Et propterea adultus factꝰ eiꝰ vita priuata ad modū iſignis fuit

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Galba.
Uerum ſuſcepto principatu | cum Rome auaritia ⁊ ſegnitia omnes offenderet tandem Othonis inſidijs Rome ad Lacum Curtij cum Piſone nobiliſſimo adoleſcente quem in filium adoptauerat iugulatur. Cuius quidē corpus Egius quidam eius diſpenſator in priuatis eius hortis | via Aurelia ſepeliuit. Fuit hic vt Oroſius li. 7º. refert ſepe conſul: perſepe proconſul: ⁊ frequēter bellorum grauiſſimorum dux. Statura corporis fuit iuſta. Capite caluo: oculis ceruleis: adunco naſo: manibus pedibus articulari morbo diſtortis: adeoq; vt neq; calceum perpeti poſſet. Fuit etiam in dexteriori corporis parte gibbus: cibi quoq; plurimi ⁊ libidinis maxime maribus pronus extitit. Hic. M. Fabium Quintilianum inſignem oratorem ex hiſpania Romam perduxit.

Otho
Otho Lucius octauus Romanorum imperator mortuo Galba inter tumultus cedeſq; imperium occupauit: ⁊ imperauit menſibus .3. Hic materno genere q̄ paterno nobilior fuit: vita priuata mollis. Quippe qui Neronis perfamiliaris fuerat: ⁊ omnium eius conſiliorum ſecretorumq; particeps. Cum autem ciuile bellum contra Uitelium in Germania imperatorem creatum molitus tribus leuibus prelijs ſuperior extitiſſet: vno videlicet ad alpes: altero apud placentiam. Tertio ad Caſtorem. Quarto apud Bebriacum (vt Suetonius ait) ſuperatur. Unde ⁊ rerum deſperatione menſe octobrio: ſibimet manum iniecit anno etatis ſue. 38º. ⁊ apud Uolateranam ethrurie vrbem funeratus eſt. Hic ſtatura modica fuit: ⁊ male pedatus: caluuſq; habitus. Cuius vitam multi clariſſimi oratores ſcripſere: maxime autem Plutarchus ⁊ Suetonius qui predicarunt eum fortiſſimum virum ac vnicū imperatorē.

Viteli⁹
5271 72 Uitelius nonus imperator poſt Othonem imperauit menſibus ſeptē. Hic ex familia honorata potiuſq̄ nobili originem duxit: qui ⁊ in adoleſcentia (vt Suetonius ſcribit) omnibus probris contaminatus fuit. Uerum propter augurandi ſcientiam apud Gaium imperatorem precipuū locum tenuit. Eo mortuo etiam Claudio per Alee ſtudium familiaris fuit. Deinde Neroni acceptior: quorum indulgentia ampliſſimis honoribus auctus eſt. deniq; cū primum imperio potitus fuiſſet in omnem nequitiam ſeuitiamq; ac ingluuiem prolapſus eſt. Fuitq; tante voracitatis vt in die ſepius comederet | ⁊ vna cena ſuo iuſſu (vt Suetonius inquit) duo milia piſcium ⁊ ſeptē milia auium appoſita ſint. Nec vlli hoc incredibile videatur: quia (vt aiunt) in eo enormis proceritas erat ⁊ rubicunda facies: atq; obeſus venter. Uerum vbi comperit Ueſpaſianum apud iudeam paleſtine ab exercitu imperatorem creatum cū legionibus aduentare | primum deponere imperium conſtituit. poſtea vero a quibuſdam animatus ſumptus armis: Sabinum: Ueſpaſiani fratrem cum Flauianis in capitolium compulit. Quo quidem ſucceſſo omnes concremari fecit Quare ſuperueniente Ueſpaſiano cum nullum venie locum ſibi reliquiſſet e cella pallatij in qua delituerat turpiſſime tractus per viam ſacrā nudus ad ſcalas Gemonias ducitur: vbi primo ſtercore ⁊ ceno ludificatus | tandem minutiſſimis ictibus excarnificatus in Tyberim proijcitur: ⁊ communi etiam caruit ſepultura. Perijt autem cum fratre ⁊ filio: ſeptimo ⁊ quinquageſimo vite ſue anno.

## Uiri doctrinis excellentes.

Quintilianus natione Hiſpanus ſummus rhetor atq; philoſophus his temporibus a Galba Romam perductus: ibidemq; ſcholam tenens in precio habitus eſt. Uir certe eruditiſſim⁹ ⁊ grauis | qui inter cetera de inſtitutione oratoria octo libros compoſuit. Necnon ⁊ librum cauſarum perutilem edidit. Ex quibus hanc ſententiam ſinglarem habemus. Utinam liberorum noſtrorum mores non ipſi perderemus. Infantiam ſtatim delitijs ſoluimus. Mollis educatio: quam indulgentiam vocant neruos omnes mentis ⁊ corporis frangit. Huius autem de inſtitutione oratoria liber cum annis ferme ſexcentis deperditus fuiſſet a Poggio Florentino in conſtantiano concilio in quodam monaſterio integer repertus fuit atq; tranſcriptus in italiam delatus eſt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Vitelius

Joſephus iudeus ſacerdos: Mattathie ſacerdotis filius Hiſtoricus celeberri-
mus: ac philoſophus multarumq; litterarum peritiſſimus hoc tempore impe-
rantibus predictis: vz Nerone ⁊ reliquis: a Veſpaſiano ⁊ Tito filio qui bellū
in iudea gerebant captus fuit. Vir ſane bonus ac egregius: qui de Chriſto opti
me ſenſit ⁊ prodigia multa expoſuit: ⁊ q̄maxime hieroſolime pernitiem futurā
predixit. Hic cum in Romanorum poteſtatem poſt Galilee deuaſtationem ve-
niſſet a Veſpaſiano exercitus moderatore diligēti cuſtodia ſeruatus ē. Qui ſta
tim Veſpaſiano Titoq; ſemotis arbitris eos iperatores futuros predixit: Pro
pter quod Veſpaſianus eum ab omni ſeruitute liberauit. Capta vero ⁊ euer-
ſa hieroſolima Joſephus vt verus propheta a Veſpaſiano ſummis elatus ē lau
dibus. Ductus deinde Romam tū ciuitate: tum Flauia familia donatus ē: vbi
cum eiſdem imperatoribus .15. annis feliciter vixit. Quibus cum ſingularis eēt
eruditionis ſeptē d̄ iudaica captiuitate libros ſcripſit: pro quibus ⁊ ſtatuam (vt
diuus ſcribit Hierony.) Rome promeruit. Scripſit quoq; .20. alios Antiquita
tum libros ab exordio mundi vſq; ad bellum iudaicum: ⁊ duos alios aduerſus
Apionem: ⁊ alia multa ſcripta poſt ſe reliquit. Que omnia a Ruffino Aquile-
ienſi in latinam linguam tranſlata poſtea fuere. Vixit hic vſq; ad Traiani im-
peratoris tempora: ⁊ natus ē quando Chriſtus cruci affixus fuit.

Veſpaſianus.

VEſpaſianus Flauius decimus Romanorum imperator ducēteſima ⁊
duodecima Olympiade imperator creatus eſt: Imperauitq; anniſ .10.
Vir clementiſſimus liberaliſſimus ac munificenteſimus qui ſuſcepto 75 5272
principatu remp. ferme collapſam reſtituit ⁊ cenſum ſenatorium expleuit. Con
ſulares inopes ſuſtentauit: ac multas per orbem ciuitates terremotu vel incen-
dio afflictas in melius reſtituit. Urbi etiam multa adiecit inſignia. Templum
pacis foro proximum per diuum Claudiū ceptum perfecit. Amphitheatrū (cu
ius partē adhuc cū admiratione aliquando in vrbe conſpeximus) incohauit: ī-
perio ēt potitus Achaiam Liciam: Thraciam Cilitiam romanis adiecit quas
in prouincias redigens eis preſides miſit. Et q̄uis munificentiſſimus: clemen-
tiſſimuſq; haberetur: in colligendis tamen pecunijs nimium ſtudioſus fuit; li-
cet ex alieno (ſicut Eutropius refert) nil raperet. Hic ante demandatum ſibi ī-
perium in Germaniam ⁊ Britaniam a Claudio miſſus triceſies ⁊ bis (vt Sue
tonius teſtatur) conflixit. Deinde biennio ante Neronis mortem ad capiendā
iudeam a Nerone miſſus multa ibi ſtrenue geſſit certamina. Sed audita prin-
cipis morte imperator ab exercitu appellatus eſt: qui bellum Tito filio cōmen-
dans Romam per Alexandriam profectus eſt: vbi vrbez incendijs veteribus
ac ruinis deformem offendens ad reſtitutionem tam moꝝ q̄ muroꝝ aggreſſus
multas leges preſertim contra libidinem ⁊ luxuriam decreuit. Atq; ita omnibꝰ
in rebus ab initio ſui principatus vſq; ad exitum ſemper iuſtus: ciuiliſq; ac cle-
mens fuit. Qui tandem poſtq̄ multas deduxiſſet colonias pro fluuio vētris an
num gerens etatis .69. extinctus eſt: relictis poſt ſe Tito ⁊ Domitiano filijſ ex
Flauia Domicilla vxore ſuſceptis. Fuit hic ſtatura quadrata: firmiſ compactiſ
q; membris ⁊ vultu decoro. Multos autem vt Suetonius teſtatur edidit ver-
ſus.

## Hieroſolime exordiū ⁊ conditio.

Hieroſolima metropolis nobiliſſima ac vetuſtiſſima ciuitas anno .2.º imperij Ve
ſpaſiani a Tito eius filio octauo die menſis ſeptembris capta: ſexta vice fundi- 75 5274
tus euertitur. Nam Titus cum vniuerſam ciuitatem templūq; dirripuiſſet in-
cendiſſetq; iuſſit eam omnem cum templo erui relictis quibuſdam turribꝰ q̄ p̄-
ter alia eminebāt. ſ. Phaſello ⁊ Hyppico ⁊ Marriane ſic appellate qd̄ quidem
egit vt turres ille poſteris indicarent q̄munitiſſimam ciuitatem Romanorum
virtus obtinuiſſet. Murorum vero aliquam partem dimiſit: tanto quanto ci-
uitatem ab occidente cingebat. ⁊ hec pars vt eſſet caſtrum illis quos cuſtodie
regionis cauſa relinquere decernebat. Alium vero totum vrbis ambitum ita
complanauit vt qui ad eam acceſſiſſent vix credere potuiſſent aliquando fuiſſe

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

hyeroſolima quinquies vaſtata

hieroſolima vii dirata

Ueſpaſian⁹.

habitatam. Et hoc pꝛopter iudeoꝛum dementiam actum ē: qꝛ nouas res preter
Agrippe regis conſilium mouere tentarint. Quinquies autem hec cantatiſſi-
ma ciuitas vaſtata fuit. Primo a Babylonioꝛum rege. Poſtea ab Aſobeo Egy-
ptioꝛum rege: deinde ab Antiocho: poſt a Pompeio. Poſt hos Herodes ma-
gnus ⁊ Soſius captum oppidum ſeruauere. Eius vꝛbis pꝛimus conditoꝛ (vt
Joſephus teſtatur) fuit Chanam. qui iuſtus appellatus erat rex. Et hic Mel-
chiſedech ſacerdos dei altiſſimi fuit: qui cum ibi Phanum edificaſſet illud So-
limam appellauit que ciuitas Cananee gentis vſqꝫ ad tempoꝛa Dauid habita-
tio fuit. Nec Jeſus iudeoꝛum pꝛinceps Jebuſeos inde expellere potuit. Da-
uid vero pꝛimus expulſis Jebuſeis cum ciuitatem reedificaſſet eam hieroſoli-
mam. i. munitiſſimam ciuitatem nuncupauit. Hieron. n. hebꝛea ligua latine mu-
nitionem ſignificat. Huius igitur vrbis hieruſalem euerſe ſitus ⁊ munitio pe-
troſa erat ac triplici muro ſepta: que iterius (vt Strabo refert) aquis abundās
exterius omnino ſicca foſſam habebat in lapide exciſam quadraginta peduꝫ ꝓ-
funditate. Latitudine. ccl. E lapide autem exciſo educta erant celeberrimi tem-
pli menia. Eam cū Tytus cepiſſet: complanatis menibus foſſas etiam impleri
iuſſit. Quobꝛem vſqꝫ ad Hadriani tempoꝛa latronum ſiccarioꝛumqꝫ facta eſt re-
ceptaculum. Hanc poſtea Hadrianus imperatoꝛ menibus ⁊ edificijs inſtau-
rans de ſuo nomine Helyam appellauit: pꝛecepitqꝫ ne cui iudeo facultas in eaꝫ
introeundi daretur ſed tantum chꝛiſtianis ciuitatem conceſſit: Ubi pꝛimuꝫ ex
noſtris Marcus epūs conſtitutus ē. In ea āt (ſicut Joſephus ſcribit) ſexcenta
hominum milia fuerunt interfecta. Huius calamitatis ⁊ excidij Floꝛij prefe-
cti inhumanitas extitit cauſa: qui iudeos in hieruſaleꝫ inumeris attriuerat ma-
lis: pꝛopter que laceſſiti res nouas contra Romanos mouere tentauerunt: ⁊ fa-
cto impetu multos Romanoꝛum interfecerunt: ⁊ Ceſtium Syrie pꝛeſidem ex-
tra pꝛouinciam eiecerunt. Quobꝛem infinite pꝛopemodum cedes: hincinde ſb-
ſecute ſunt: de quibus Joſephus lib.º 2.º Judaice captiuitatis pulchꝛe meminit.
Quod cum Nero imperatoꝛ accepiſſet confeſtim Ueſpaſianum virum ab ado-
leſcentia vſqꝫ in ſenectam bellis exercitatum ad tanti belli magnitudinem ſuſti-
nendam duodecimo imperij ſui anno cum exercitu miſit. Qui capta vtraqꝫ gali-
lea ⁊ iudea poſt annum tertium moꝛtuo Nerone ad imperiuꝫ a iudea per ſena-
tum reuocatur. Titus vero eius filius ad debellandum iudeos manſit. Agrip-
pa vero rege ⁊ Beronice eius germana ex vrbe pulſis: ⁊ eoꝛum regia a iudeis
ſuccenſa: necnon ⁊ Anania pontifice maximo a ſeditioſis interfecto tota ciui-
tas per Simonem ⁊ Joannem quendam occupata fuit. Quoꝛum quidē ſeditō-
nibus nihil impius a Romanis ꝙ ab his duobus paſſi ſunt iudei. Neqꝫ poſt il-
los ciuitas (vt Joſephus ait) aliquid noue calamitatis experta ē. Sed illa qui-
dem grauioꝛes caſus pertulit anteꝙ̄ ſubuerteretur. Romani autem qui eaꝫ de-
bellarant maius aliquid perfecere: non peius. Nam ſeditio ciuitatem: Roma-
ni vero ſeditionem cepere: quia multo erat menibus tutioꝛ. His igitur intra ci-
uitatem male ſe habentibus Tytus (ſicut Egeſippus libꝛo quinto habet) cum
delectis equitibus foꝛis circuiens ⁊ muros exploꝛans a tergo a iudeis conclu-
ditur: ſed animum audacia exacuens: penetrato cuneo ad ſuos indignabundus
redijt incolumis: ſtatimqꝫ toꝛmenta ⁊ machinas ad muros admouit: quibus q̄ſ-
ſato muro ſecundo: Titus per Joſephum qui dicendi peritus erat pacem ijs q̄
in muro erant obtulit. Sed cum multi iudei contradicerent repente tanta in vr-
be crudelitas ⁊ fames inualuit vt ceſſantibus emptione ac venditione ciboꝝ-
qꝫ coctura manderent ſcutoꝛum coꝛia olerum purgamenta parietum adheren-
da: nauſeantium vomitus: vetera etiam boum ſtercoꝛa: ⁊ exuuie ſerpertum
ac equoꝝ cadauera ad cibum quererenṫ: Unde ⁊ facilioꝛ apud aduerſarios ꝙ̄
apud ſuos pietas fuit. In muris enim patibula Joannes ⁊ Simon poni iuſſe-
runt: ne quis fugeret. Foꝛis quippe captiuitas: intus met⁹: vbiqꝫ foꝛmido. Ce-
ſar āt circūquaqꝫ omni materia collecta: aggerē q̄dragīta ſtadioꝝ ꝯſtruxit: exer-
citūqꝫ cum baliſtis machinis alijſqꝫ miſilibus omni ex parte conſtituit: ne vnus

Veſpaſianus

quidem euadere poſſet. Inualeſcente deniq; fame: ſepultor pleruq; ſepeliendū preuenit ad ſepulchrū: cum tanto fetore morientium / vt vrbis terra ad ſepultu- ram non ſufficiente extra muros cadauera proijcerent. Quo viſo / ingemuit Ti tus: ⁊ ſe veniam ſepius obtuliſſe proteſtatus ē. Multi nanq; ad Romanos con fugientes cum eis daretur cibus: aut nullam edendi vim aut digerendi hēbant Monet Titus Joſephū hac calamitate permot⁹ / vt iudeos ſcripturis / exēplis / ⁊ lachrymis ſi poſſit inclinet. Sed nihil profuit. Quinimo vt idem Joſephus refert: Joannes ⁊ Simon principes / ita omnia abſtruxerunt / vt neq; iudeis exi tus / neq; romanis pateret aditus. Domus ſingulorum a ſeditioſiſ iugiter ſcru- tabant / ⁊ ſiquid repertū fuiſſet / negantes trucidabantur / ⁊ ſi nil reperiſſent / ad huc quaſi celaſſent / omnino cruciabantur. Deniq; vxores viris: parentes filijs ex ore cibum rapiebant. Si hoſtiū alicui⁹ clauſum videretur / confeſtim aliquē comedentem ſuſpicabantur: Unde ⁊ domus paſſim rumpebantur. Inferiores ſpoliabantur: ditiores vero pro ſuis pecunijs accuſati ꝙ fugere tētaſſent: eneca bantur. Contigit etiam Joſepho ⁊ Euſebio: li° 3° eccliaſtice hiſt. c. 7. teſtibuſ fa ctum illud dictu audituq; horrendum / de quadam muliere nomine Maria ple bea: ſed diuitijs nobile / que in ciuitate recepta / fame tabeſcens / neceſſitate ipul- ſa: contra naturam excitata / filium quem lactabat accipiens / ita alloquitur di- cens: Fili mi ſi omnia te circunſtant bellum / fames / incendia / latrones / cui te ſer uabo? Redde (inquit) vel ſemel matri quod ab ea ſumpſiſti: ⁊ hoc ſemel dicens occidit filium / coctumq; medium comedit: ⁊ reliquum ſeruauit. Sed odor incē- ſi filij ſeditioſos qui aderant allexit. Quos inuitans guſtate (inquit) quod ma- trem noſtis guſtaſſe. Quo audito eos horror cepit / atq; dementia quadam / ⁊ in ipſo viſu diriguerunt. At mater inquit filius meus eſt / comedite ſicut ego miſe- ra comedi. Moneo vos ne ſitis matre miſericordiores / aut certe molliores. Quod ſi vos pietatem colitis / ego quod reliquum eſt manducabo. Repleuit ilico vrbē tanti ſceleris nefas / ⁊ cito hec calamitaſ Tito ⁊ exercitui nunciata eſt: ⁊ alij hoc non credebant: alij vero cōmiſerebantur. multos autem vehementius iudeorū odium cepit. Titus vero eleuans manus dicebat. Ad bellum hominum veniſ- ſe credidimus: ſed vt video contra beluas dimicamus quinimo feris ſeniores. Hee enim a propria abſtinent ſpecie etiam in extrema neceſſitate ſuos fetus fo uent / ſed iſti proprios deuorant filios. Illos igitur deleamus / quorum feda ſūt omnia. Et his dictis ad id perficiendum omnem adhibuit vim: confeſtiq; amo tis ſcalis ⁊ arietibus vrbem expugnauit: eamq; direptam vaſtauit / incenditq;: ac ibidem vndecies centenis milibus ꝯſumptis / centum captiuorum milia ven- didit. Cur autem tanta multitudo ibi inuenta fuerit (Joſephus ſcribit) tunc A zimorum dies fuiſſe in quibus iudei fere omnes ad templum confluere conſue- uerant: propter quod in vrbe quaſi in carcere dominus ipſos incredulos inclu- dere voluit. Et digne quidem / his paſche diebus talia paſſi ſunt / quibus ⁊ ſal- uatorem crucifixerunt. Et hic finis dementie iudeorum. Ceſar vero compoſi- to in caſtris tribunali gratias egit vniuerſo exercitui: ⁊ vnicuiq; ſpolia ⁊ Ma- nubias largiter diſtribuit: poſtea ſe ad ſacra pro victoria celebranda vertit: ma- ximamq; boum multitudinem imolauit. Dehinc hieroſolyme cuſtodiam vni le gioni committens / ipſe cum Joāne ac Simone Giera principibus ⁊ tyrannis ⁊ innumerabili captiuorum multitudine ⁊ ſpolijs in Ceſaream venit: vbi fra- tris ſui diem clariſſime celebrans / multam partem captiuorum in ſpectaculo pe rire fecit. Alios enim cum beſtijs depugnare / alios inter ſe pugnare fecit: ⁊ ali- os ignibus conſumpſit. Ueniens deniq; Romam cum patre Veſpaſiāo vt Jo ſephus libro 7° c. 36° ſcribit: ⁊ Oroſius ſimiliter libro 7° triumphum celeberri- mum egit. de quo in Titi vita dicemus. Simonem autem Giore filium qui hie roſolime excidij cauſa fuit / in triūpho' ꝑductū laqueo ꝑ totā ciuitatē traxerūt: ⁊ a multis qui eum deducebant ceſum interfecerūt. Cū āt Veſpaſian⁹ triumphi pōpā peregiſſet / templū pacis edificauit / vbi oīa iudeoꝝ inſtr̄a repoſuit: vz eorū legem ⁊ penetraliū vela purpurea: ⁊ alia multa.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Veſpaſian⁹.

Colligitur autem omne tempus in ſecundum annum Veſpaſiani ⁊ nouiſſimam euerſionez hieroſolime.a.15°.anno Tyberij Ceſaris ⁊ ab exordio euangelice p̄dicationiſ.43.anni. A captiuitate vero quã ab Antiocho perpeſſi ſunt iudei:anni.259. Porro a Darij ſecundo anno quo rurſum edificatum eſt templum anni 590. A prima vero edificatione templi ſub Salomone vſqꝫ ad nouiſſimam hãc ruinam que ſub Veſpaſiano facta eſt anni.1102. Et ſic finis regni ⁊ ſacerdotij iudeorum habetur. Nam ſm̄ Chriſti euangelium ad nihilum redacti ſunt funditusqꝫ a ſuo regno (vbi iam eis dominabantur alienigene) eradicati diſperſiqꝫ p̄ terras fuere. Ibi enim poſt recuperationem regni per Ariſtobolum pontificez magni Simonis nepotem regnatum eſt.x.regibus annis ferme.162. quorũ nomina ⁊ tempora hec ſunt.

Iudeorum regum Epilogus.

| | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Ariſtobol⁹ | 1 | añ 1 | Hyrcan⁹ | 4 | añ 34 | Herodes tetrarcha | 7 | añ 24 |
| Alexãder | 2 | añ 27 | Herodes magn⁹ | 5 | añ 37 | Agrippa | 8 | añ 8 |
| Alexãdra | 3 | añ 9 | Archelaus | 6 | añ 9 | Herodes frater | 9 | añ 4 |

Agrippa filius Agrippe decimus ⁊ vltimus annis.22. Qui cum bona Romãorum gr̃a deficiens regnum omne ſenatui legauit. Ac ſic omne iudeorum regnũ conſumptum ē.

Pontificum item iudeoꝝ Epilogus.

Neceſſarium item ⁊ preſenti hiſtorie ꝯueniens eſſe credimus ꝯnumerare omneſ iudeorum pontifices: vꝫ quot fuerint ab Aaron primo vſqꝫ ad Finaſum q̄ poſt Mathiam pontificem belli tempore per diſcordiam pontifex fuerat ordinat⁹. Et hi quidem omnes fuerunt.83. Nam a prima tabernaculi ꝯſtructione que fuit in deſerto vſqꝫ ad Salomonē qui templum extruxit pontificatum habuerũt viri numero.13. quorum nomina hec ſunt. Aaron primus. Eleazarus ſecund⁹. Phinees.3. Abiſue.4. Bocci.5. Ozi.6. Heli.7. Samuel.8. Achitob.9. Achimelech decimus. Abiathar.11. Sadoch.12. Achimas.13. Tempus ergo quo iſti 13. habuere principatum a die qua iudei Egyptum reliquerũt vſqꝫ ad edificatõnem templi quod Salomon primo conſtruxit fuit annorũ (ſm̄ Joſephũ).612. Poſt hos.13. vſqꝫ ad aduentum Nabuchodonoſor Babyloniorum regis alij d̃cem ⁊ octo hanc poteſtatem tenuerunt: vꝫ a Sadoch vſqꝫ ad Joſedech pontificem quem captiuum duxit in Babyloniam. Hoꝝ autem pontificatus temp⁹ fuit q̄dringentoꝝ ⁊ ſexagitaſex annoꝝ ⁊ menſiũ ſex:ac.20. dierũ. Poſt captiuitatē vo vſqꝫ ad Antiochum regem q̄ vocabatur Eupator. Siſon ⁊ ex e⁹ ꝯgñe.15. põtificatũ tenuerũt. hi ãt nõ ex domo Aaron fuē. P⁹ hos Joachi ex domo Aarõ põtifex factus ſedit tribus annis. Quo mortuo ſeptem annis ciuitas ſine pontifice fuit. Jonathas igitur inde Machabei frater ipſo tempore pontificatum ſuſcepit.⁊.4. annis illum tenuit. Quo per inſidias mortuo Simon pontificatum inijt: cui ſucceſſit Hyrcanus eius filius: ſeditqꝫ.31. annis. poſt quez Ariſtobolus eius filius qui vno tantum ſedit anno. Poſt eum Alexander eius frater ab Alexandra Ariſtoboli vxore pontifex conſtitutus ſedit ⁊ regnum tenuit ãnis.27. Quo mortuo eius etiaꝫ Alexandra vxor ex mariti precepto Hyrcano filio ſuo pontificatum dedit: ⁊ tenuit primo annis.9. Sed Alexandra eius matre defũcta ꝯtra eum Ariſtobolus frater dimicanſ ⁊ vincens a põtificatu illuꝫ remouit: ipſeqꝫ regnum ⁊ pontificatum per tres annos ⁊ tres menſes obtinuit. Quem Pompeius captum cum filijs Romam tranſmiſit ⁊ Hyrcano rurſus pontificatum reſtituit. Et preter priores alios nouem quadraginta annis tenuit. Contra quem Pachorus Parthorum princeps pugnans ipſum cepit: ⁊ Antigonũ Ariſtoboli predicti filium pontificem regemqꝫ conſtituit. Qui cum tribus annis ⁊ totidē mēſibus regnaſſet: Herodes ⁊ Soſius eius frater euꝫ obſederunt captũqꝫ Antiochiam ad Antonium miſerunt: a quo trucidatus fuit. Herodes vero ſuſcepto regno nequaq̃ pontifices ex genere Matathie p̄ris Machabeorum conſtituit: ſed quibuſdam ignobilibus ⁊ pernicioſis ſacerdotibus (preter Ariſtobolum hunc) pontificatum tribuit. Silia poſtea Archelaus eius filius

Veſpaſianus

⁊ Romani fecerunt: q2 nulli ex Machabeoꝝ genere hanc poteſtatē conceſſe runt. Fuerunt ergo viri qui hāc dignitatē hūerūt ab Herode p̄rio vſꝫ ad hoc tē pus quo Titus tēplū ⁊ ciuitatē cōcremauit/ cuncti ſimul. xxviiij. Tempus autē eoꝝ ſunt anni cētū ⁊ ſeptē. Et hec de oib⁹ iudeoꝝ pōtificib⁹ dicta ſufficiāt.

Judea igitur regnum eſt: que olim Chananea dicebat̄: i qua chananei/ Jebuſei/ Euei/ ⁊ Amorei/ fuerunt reges/ quos Joſue ſuperauit/ eāqꝫ filij s iſrael diuiſit. Hec quando pro ipſo iudeoꝝ regno accipitur: multas continet regiones: vꝫ Galileā: Judeā: que ſoli Jude tribui pro ſorte obuenerat. Traconitidē. Liſaniam: Samarienſem: ⁊ alias regiones cōtinet. Judee nāqꝫ prouincie tribui Jude ſic declarate/ terminus ē. A meridie mare Salinaꝝ: quod mortuū dicitur: ⁊ inde ꝑ Cades Barnee vſqꝫ ad torrētē egypti qui influit in mare magnū. Eius āt latitudo ex Jordane flumine/ vſqꝫ ad Joppen explicatur: In cuius medio tāq̄ vmbilicus ciuitas Hieroſolima ē: que pre ceteris vrbibus tāq̄ caput i corpore eminet. Huius ager mōtuoſus ē ⁊ cāpeſtris/ ⁊ ad colēdū mollis ⁊ optimus ē/ arboribus quidē plenus. In quo campus hierico haud longe ab Hieruſalē ē: palmetum ⁊ palmis abundās totuſqꝫ irriguus: vbi ⁊ Balſami viridarium erat cuius arbor aromatica ē: cuius corticem ſcindentes/ ſuccum in vaſis ſuſcipiebāt/ tenacis lactis perſimilem. Js capitis dolores ⁊ ſuffoſſiones oculoꝝ incipiētes ⁊ hebetudinē ſoluit. Quare precioſus ē eo preſertim q̄ ibidē (vt aiūt) ſolū naſcat̄ palmetū: ⁊ eo quidē maximus iudeis prouentus proueniebat. Samariēſis aūt regio inter Judeā ⁊ Galileā ſita erat. Incipiebat. n. a vico i planitie poſito: cui nomē erat Genanie. Et hec ēt nihil natura a Judea diſcrepabat. Galilee vō due ſūt: quarū vna ſuperior/ altera iferior appellat̄. Eaſqꝫ (vt Joſeph⁹ habet) Phenix ⁊ Syria cingunt: diſcernit autē ab occidēte ptolomais territorij ſui finibus. A meridie Samaritis vſꝫ ad Jordanē. Ab oriente Joppa ⁊ gadaris finib⁹ terminat̄. Inferioris Galilee fines longiſſimi ſunt: vꝫ ex Tyberiade vſqꝫ ad Zabulō prorogantur: Latitudine āt pꝫ ex vico Salothi qui in cāpo magno ſitus erat/ vſqꝫ ad Berſaben. Longitudo eius a Talla vico Jordani proximo/ vſqꝫ ad Berothe tendebat̄: he multis alienigenis cincte erant: vbi ⁊ viri pugnaces erant: vn̄ nec ab vllis vnq̄ occupari potuerunt. Erāt quoqꝫ optime ac fertiles regiones: oīumqꝫ genere arboꝝ ꝯſite. Ibidē ēt vt teſtat̄ Hieronym⁹: creberrime ciuitates erant: ⁊ vbiqꝫ multitudo vicoꝝ propter opulentiā populoſa. In quoꝝ minimo. xv. colonoꝝ milia fuiſſe Joſeph⁹ dicit. Traconitidis vero regio ⁊ alie multe Herodis Agrippe regis ꝑtes/ a mōte libano ⁊ fōtib⁹ iordanis incipiūt: ⁊ vſꝫ ad Tyberiadis lacū/ latitudine pandūt. Et hec de toto iudee regno: quib⁹ terminis: quibuſue regionibus cinctū ſit/ dicta ſufficiant.

Apollinaris ſāctiſſimus ac clariſſimus vir/ qui ab apoſtolo Petro ordinatus/ Rauenat̄ epiſcopus miſſus fuerat/ cū ſuperiorib⁹ ānis ibidē varias multipliceſqꝫ ꝓ 80
fide Chriſti penas toleraſſet/ hoc anno apud eandē vrbē inter ipſa viciſſim ſibi ſuccedētia tormēta glīoſū martyriū ꝯſumauit decio kl'as Auguſti: quo die ēt ei⁹ feſtiuitas celebratur.

Bartholomeus apoſtolus in numero apoſtoloꝝ ſextus/ qui ſymbolo fidei: Credo in ſpiritū ſanctum/ adiecit: teſte Theodoro in ſermone de ipſo poſtq̄ in Lichaonia Chriſti euangeliū predicaſſet: deinde in Jndia hiſdē temporibus Albanā maioris Armenie vrbē veniēs/ confeſtim templum demonibus conſecratum ingreſſus ē: ibiqꝫ conſtitutus effecit: vt nullū demon cultoribus preberet reſponſū: ibi quoqꝫ euangeliū predicans Polemium ipſius vrbis regem: ac reginam cum duodeci vrbibus ad Chriſtum conuertit. Et vt miraculo fidem ſuam cōmendaret certiſſimam/ demonem cathenatum cunctis oſtendit deformem: propter quod indignati pontifices templi/ eum a tyranno Polemij regis fratre veluti maleficum ⁊ ſibi infenſiſſimum cedi ⁊ excoriari atqꝫ obtruncari fecerunt. Qui mortis viriliter perferendo diſcrimen glorioſi certaminis ad celeſte gaudium (vt diuus Ambroſius ſcribit) ſecum reportauit triumphum. Cuius venerabile corpus ibidem a fidelibus cum omni veneratione ſepultum/ tandē a pa



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Veſpaſianus

ganis in mare cum archa proiectū ē. Qđ (vt beat9 Theodorus abbas ⁊ doctor teſtatur) primum ad inſulam Lyparium delatum: deinde Beneuentū tranſlatum eſt: vbi pia fidelium deuotione plurimum ueneratur. Fuit hic nobilibus ortus parentibus: rege. ſ. indie natus: qui audita chriſti ſanctitate ⁊ miraculis ī iudeam venit: ac chriſto adheſit.

Simon ⁊ Judas qui ⁊ Thadeus Alphei filij ⁊ chriſti diſcipuli. Qui in ſymbolo fidei: Sanctorum communionem remiſſionem peccatorum: ⁊ Carnis reſurrectionem addidere his tēporibus poſtq̄ Thadeus in ponto ⁊ in Meſopotamia. Simon vero apud Egyptum chriſti euangelium predicaſſent: ⁊ ſimul per ſidā igreſſi innumerā gentis multitudinē chriſto ſubdidiſſent quinto kl'as Nouembris martyrium conſumauerunt. Quo die etiam eorum feſtum celebrandum duxit eccleſia.

Andreas Simonis Petri frater: qui in Symbolo fidei. Et in Jeſum chriſtum filiū eius vnicum dominum noſtrum addidit: regnante adhuc Veſpaſiano cū Scythis euangelium predicaſſet: apud Patras Achaie vrbem ab Egea proconſule comprehenſus in carcere truditur: deinde grauiſſime ceditur: ⁊ ad ultimum in cruce appenſus: vbi biduo vixit vltimo Nouembris die martyrium cōſumauit. Maximilla vero ipſius Egee vxor apli corpus rapiēs optimo loco cū aromatibus ſepeliuit. Quod ſane corpus. 20. Conſtantij anno cū oſſibus Luce euangeliſte ex eadem Conſtantinopolim tranſlatum eſt. Verum poſtea eius caput Pius ſecundus maximus pontifex e pelopōneſſo ab eiuſdē loci principe Romam auectum in beati Petri maxima cum veneratione collocauit.

Thomas apoſtolus Dydimus interpretatus per hec quoq̄ tempora cum euangelium chriſti parthis predicaſſet ⁊ Medis in indiam ſuperiorem ac inferiorem proficiſcēs multos ad chriſtum cōuertit: ⁊ Migdoniā Cariſij cognati regis vxorem chriſto conſecrauit: vbi ⁊ multas adhuc extantes fundauit eccleſias. Tandem ab infidelibus laminis aduſtus: in fornacemq̄ proiectus cum adhuc ſuperuiueret lanceis perforatus martyrij coronam promeruit. Cuius corpus haud multopoſt ad Ediſſam vrbē tranſlatum fuit. Eius vero feſtiuitas. 12. kl'as Januarij celebratur.

Mathias apoſtolus natione Bethlamites ex tribu Juda ꝓgenitus q̄ poſt aſcenſionem domini ab apoſtolis ſorte in eorum numero fuit electus vt Lucas. 2° c. libri actuū apoſtolorum conteſtatus eſt. Quiq̄ in Symbolo. Vitam eternam adiecit hac tempeſtate: dum apud iudeam euangeliū annunciaret acerbiſſimū crucis martyrium ſuſtinuit. Celebraturq̄ eius feſtiuitas ſexto kalendas Martij licet de tempore eius martyrij varie referantur ſententie.

Matheus ex Publicanis actibus apoſtolus ⁊ Euangeliſta clariſſimus factus poſt domini aſcēſionem predicato in iudea chriſti euangelio cum ad gentes trāſire ſtatuiſſet in ethiopiam primus Euangelium ibidem hebraice ſcripſit: qđ quidem fratribus ⁊ maxime Barnabe a quo recedebat in ſui memoriam reliquit ſic incipiens. Liber generationis Jeſu chriſti. In cuius principio chriſti incarnationem: in medio predicationem Et in fine eius paſſionē oſtendit. Qđ quidem Barnabas apoſtolus ad predicatiōis officium per diuerſas peragrās vrbes ſecum deferebat ac ſuper egros ponebat: qui ſtatim ſanitatis beneficiū ꝯſequebātur. Hic ſane non ſolum (vt Chriſo. ait) ſanctoꝝ ſed ⁊ peccatoꝝ Euāgeliſta fuit: q̄ ⁊ ſmone ⁊ vite correctione peccatoribus euāgeliū ꝑdicauit. Et Judea aūt poſt in Ethiopiā trāſiens totā ferme regionē illam predicando ꝑcurrit ⁊ innumeros Ethiopum populos chriſti iugo ſubdens chriſti fundauit eccleſiam in qua ⁊. 33. annis ſedit. De quo Beda ſic habet. Qualis nanq̄ Matheus ſit factus docet ipſa Ethiopum gens quam de vltimis terre finibus ad eccleſie ſancte ſocietatem predicando conuertit: ablutamq̄ fonte baptiſmatis de fuſca formoſam reddidit: quia nigredine vitiorum illā exuit ⁊ ornatu virtutū illā decorauit. Cum autem ibi Ephigeniam nobilem virginem cum ducentis virginibus chriſto conſecraſſet a rege ſpiculatore miſſo ante altare. xi°. kl'. octobris capi

Veſpaſianus

te ceſus fuit. Quo ſcelere Elephantie morbo rex correptus | vite tedio ſeipſum interfecit. Apoſtolus autem per viſum populum admonuit vt Ephigenie fratrem ab ipſo baptizatum regem conſtitueret. Qui in regno conſtitutus. 70. annis imperans eccleſias vbiqꝫ erexit: ⁊ vniuerſam ethiopiam chriſtianiſſimam effecit. Eandemqꝫ eccleſiam ab ipſo fundatam Eunuchus quem Philippus baptizauerat poſtea ſuccedens edificauit. Qui poſt Matheum apoſtolum nō ſolum vnius eccleſie ſed etiam totius ethiopie tanq̄ ſummus pōtifex gubernacula ſuſcepit Sacerdos quidam Genuenſis ſancti Martij prepoſitus: Vir quidem egregius tractatum edidit: quem ⁊ Mappā nominauit. In quo de huius gentis conditione multa ꝯſcribens refert preſbiterum Janū illi populo tanq̄ patriarcham preeſſe: eiqꝫ centū ⁊ vigintiſeptē Archiepiſcopatus ſubeſſe quoꝝ quilibet. 20. epiſcopos habere dicit. Ibi Romano more fonte baptiſmatis In nomine patris: ⁊ filij: ⁊ ſpiritus ſancti: renaſcendos baptizant: eodemqꝫ more Euchariſtie ſacramētum conficiunt hoc ſolum excepto ꝙ pater noſter ante ſacramenti eleuationem decantant: ⁊ poſt beatam virginem Mariam: apoſtolos Petrum ⁊ Paulū atqꝫ Joannem baptiſtam precipuo | ſuſcipiūt honore Alioſ quoqꝫ apoſtolos ⁊ precipue Matheum eorum precipuum doctorē magno venerantur obſequio. Beatos etiam Paulum primū Eremitā Antonium abbatem Macharium: alioſqꝫ diuinos eremitas ſumma deuotione proſequuntur Eorum imperatorem chriſtianiſſimū ferūt: cui ⁊. 74. reges ⁊ infiniti ꝓpemōꝫ obſequuntur principes duodecim duntaxat regibus exceptis qui Mahumetheas obſeruāt leges qui tamen imperatori in reliquis parēt. Hunc ſane imperatorem tempore Clementis quinti anno ſalutis noſtre. 1306. ad Hiſpaniarū regem legatos. 30. miſiſſe: illiqꝫ contra infideles auxilium ꝓtuliſſe conſtat. Qui ⁊ Auinionem ad Clementem quintum pontificem maximum cum reuerentia accedētes de multis edocti līis apoſtolicis ad limina apoſtoloꝝ Petri ⁊ Pauli viſenda Romā venerunt. Quibus inuiſis cum gaudio ad propria rediere. Verum Genue multis diebus nauigandi tēpus expectantes cum cōſediſſent multa (vt fit) de eorum ritibus: moribus ac regionibus rogati ſcripto reliquerunt que idem auctor referauit.

## Viri doctrinis excellentes.

Quirinus Aſconius Pedianus ſcriptor ⁊ hiſtoricus celeberrimus per hec tempora teſte Euſebio claruit. Qui. 73. etatis ſue āno luminibus captus duodecim poſtea anni ſuperuiuens cum ſummo omnium honore conſenuit. Quo in tempore hiſtoricos libros luculēter exſcripſit.

Diaſcorides vir Militaris ⁊ Medicus grecus his tēporibus Rome teſte Plinio in herbaria arte mirabilis fuit: q virtutes herbaꝝ: arboꝝ: lapidū: aromatū ⁊ animaliū in quinqꝫ uoluminibus accuratiſſima doctrina conſcripſit. Imo vt de ſeipſo teſtatur Quecunqꝫ inquit in his libris poſui non ex opiniōe aut fama cognoui: ſed exelectione ⁊ experimento didici.

Cletus natione Romanus patre Emyliano hoc tempore adhortante Clemente pontificium munus ſuſcepit: ⁊ ſedit annis. xi. menſe vno ⁊ diebus. xi. Vir certe optimus atqꝫ ſanctiſſimus qui nihil omnino pretermiſit quod ad augendam eccleſiam dei pertineret: Quam cum optime pro tempore occurrenti conſtituiſſet ſub Domitiano martyrium percepit: ⁊ in Vaticano apud beati Petri corpus quinto kl'as Maij ſepultus fuit. Hic ex precepto Petri. 25. preſbyteros menſe Septembri in ordinem redegit. Et primꝰ litteris apoſtolicis: Salutem ⁊ apoſtolicam benedictionem ſcripſit. Sunt tamen qui dicant hunc ⁊ predeceſſorem non vt pontifices ſediſſe: ſed vt ſummi pontificis coadiutores: ⁊ ſecundo Veſpaſiani anno Lino ſucceſſiſſe. Huius autem diei feſtiuitas celebratur 6. kl'as. Maij. — Papa tertiꝰ.

Titus Veſpaſiani filius | vndecimus Romanorum imperator mortuo patre. 214. olympiade imperare cepit: ⁊ (teſte Suetonio) imperauit annis. 2. men. 2. ⁊ diebus. 20. Vir certe natura beniuolentiſſimus ⁊ forma — 81 5280

Titus

egregia in quo omnes corporis ⁊ animi dotes exſplenduere. Quamobrem: Amoꝛ ⁊ humani generis delicie dictus ē. Hic latine greceqꝫ lingue peritiſſimuſ fuit ⁊ orando fingēdiſqꝫ poematibus prōptiſſimus: ſed neqꝫ muſice artis ignarus habitus fuit quo nemo predeceſſoꝛum pꝛincipum magnificentioꝛ aut liberalioꝛ extitit: cum nulli petenti quicq̃ vnq̃ negarit. De qua re cum ab amicis repꝛehenderetur reſpōdiſſe fertur. Neminē triſtem a pꝛincipe diſcedere oppoꝛtere. Tante ēt bonitatis fuiſſe dicitur: vt cum quadaꝫ die in cena recoꝛdatus fuiſſet nil ſe die illo cuiq̃ preſtitiſſe dixerit. O amici hodie diem perdidi. Veruꝫ tamen quedam ſub eo infortunia ⁊ triſtia Rome ⁊ alibi acciderunt: vꝫ conflagratio Veſeui alias veſuuij montis in campania que innumeros exuſſit populos: ⁊ incendium Rome per tres dies ⁊ noctes: ⁊ peſtilentia maxima. Amphitheatrū ac Thermas ⁊ alia dedicauit: abſoluitqꝫ. Muſonū philoſophum inſigneꝫ ab exilio reuocauit: ⁊ familiaritate Aſconij Pediani vſus ē. Hic (vt premiſſum eſt) capta iudea ⁊ euerſis hieroſolimis: innumerabiliqꝫ hominū multitudine interfecta, reuerſus Romam vna cum patre triumphauit: vno ⁊ eodeꝫ curru vecti: ſubſequente Domiciano eius fratre equo albo (vt Joſephus ſcribit) ſedente. In quo quidem triumpho inumera iudeorum ſpolia ⁊ tabule veteris legis e templo cum reliquis theſauris delate fuerunt. Cuius triumphi monumenta adhuc Rome in via noua apparent inſculpta. Periit tandem hic talis ac tantus ventris profluuio in eadem villa qua pater anno etatis ſue. 42. eoqꝫ loci cuꝫ ingenti hominū luctu ſepelitur. Qui ⁊ ex ſenatus decreto ꝓpter ingentes eius virtutes inter deos relatus eſt.

Veſuuius Campanie mons ab omni alio monte ſolutꝰ: ⁊ a Neapoli vrbe quattuoꝛ paſſuū milibus diſtans: oliuetis: vinetis: aliiſqꝫ fructiferis arboribus oliꝫ refertiſſimus hoc anno ſecundum Euſebium in uertice ruptus tantum incendiū ex ſe eiecit, vt ipſius montis arboꝛes: vicinaſqꝫ regiones ac vrbes plurimas cum innumerabili hoīuꝫ multitudine exuſſerit. Ita ut cum Plinius ſecundus hiſtoꝛicus Traiani tempore ex Meſſanēſi claſſe (cui preerat) ad hoc uiſendum ſpectaculum propius acceſſiſſet ab eodem incendio abſoꝛptus ſit. Nam tantam cinerum ⁊ puniceaꝝ copiā eructaſſe dicitur, vt campi vſqꝫ ad arboꝝ cacumina intumuerint. De quo Martialis iam tunc ſuperſtes li. 4. inquit.

Hic eſt pampineis viridis veſuuius vmbꝛis
Preſſerat hic madidos nobilis vue lacus
Hec iuga quam viſe colles plus bacchus amauit
Hoc nuper ſatyri monte dedere choros.
Hic veneris ſedes lacedemone gratioꝛ illi
Hic locus Herculeo noīe clarus erat
Cuncta iacent flammis ⁊ triſti merſa fauilla
Nec ſuperi vellent hoc licuiſſe ſibi

In his autem aduerſis Titus Imperatoꝛ non modo pꝛincipis ſollicitudinem ſed parentis etiam preſtitit affectum: nunc per ſcripta conſolādo: nunc quantū facultas ſuppettebat ſubueniendo: vnde ⁊ ad eandem prouinciam reſtaurandā curatores miſit.

Domitianus

82 Domicianus Veſpaſiani filius Titiqꝫ frater duodecimus Romanoꝝ Imperatoꝛ quarto anno. 214. olympiadis imperare cepit: ⁊ imperauit annis. 15. ⁊ menſibus. 5. Vir per omnia peſſimus qui teſte Oroſio lib. 7. c. 12. Neroni ⁊ Caligule magis ſimilis q̃ patri Veſpaſiano aut Tito fratri. Moderatior tamen primis annis habitus eſt: ſed mox per omnes ſcelerum gradus paulatim peruenit libidinis: videlicꝫ crudelitatis: iracūdie: deſidie: quibus criminibus tantum odij in ſe concitauit, vt patris fratriſqꝫ nomen pene aboleuerit. In tantam quippe ſuperbiam pꝛolapſus eſt vt dominum ſe ac deum vocari ſcribi: coliqꝫ iuſſerit: hanc ob rē multos ex nobilioꝛibus interfecit: pleroſqꝫ in exiliū miſit: in ⁊ eiſdē locis trucidari fecit. Libidinis quoqꝫ (⁊ ſi haberet vxorem foꝛmoſiſſimam) intemperatiſſimus fuit: qui quicquid in eo excogitari pōt

Domicianos
effecit multa tamē ⁊ ampliſſima edificia (ut Suetonius refert) incendio abſum
pta Rome extruxit: In quibus pantheon templum quod nunc Sancta maria
rotunda dicitur ſine aliqua lignorum admixtione fabricauit. Capitolium quo
que. Forum tranſitorium Porticus multos: ⁊ Veſpaſiani Mineruecꝫ tem/
plum ⁊ multa alia conſtruxit: ſed omnia ſub titulo tantū ſuo ac ſine vlla priſti/
ni auctoris memoria. Bellum etiaꝫ per legatos ꝯtra Germanos ⁊ Dacos geſſit
quibus victis triumphauit. Multas leges vtiles ad communem rerum vſum
condidit: in quibus Sportulas publicas ſuſtulit ⁊ caſtrari mares vetuit ac hi/
ſtrionibus ſcenā interdixit. Duo menſes September. ſ. ⁊ october aliter appel/
ti vocari iuſſit: vites in vrbibus plātari ⁊ ſeri prohibuit. Deniqꝫ ſecundaꝫ poſt
Neronē in chriſtianos exercuit perſecutionē. Eos quoqꝫ qui de genere Dauid
fuerant exquiri ac īterfici fecit: vt nullus iudeoꝝ regni reliquus ſupeſſet: quos
tamē pater eius Veſpaſianus capta hieroſolima cōquiſitos uelut ex regia ſtir
pe in precio habuit. Sed ſuperueniente diuina vltione in proprio palatio inter
ficitur anno etatis ſue. 35. ⁊ per veſpeliones eius cadauer delatū ſepelitur Fu/
it ſtatura procera: vultu decoro: grandibus oculis: in reliquiſ quoqꝫ corporis
membris pulcher ⁊ decens. Liberalia nūquam neglexit unde ⁊ius diligenter
⁊ peroptime dixit Et ꝓpterea bibliotechas incēdio abſumptas reparare cura
uit. Occiſum milites grauiter tulere: eūqꝫ diuum ſtatim appellauere.

Menāder Samarites Necromatic⁹ Simonis magi diſcipulus hoc anno chri/ 85
ſtum negauit ⁊ ſe ipſū mundi ſaluatorē deſtinatum temere affirmare auſus eſt.
Siquidem cū eſſet hereſiarcha peſſimus incredibilia compoſuit figmēta: mul/
toſqꝫ ut Euſebius ſcribit decipiens: cuꝫ eiſdē tandē vno ſcelere pariter interijt.

Cherynthus ſimiliter Hereſiarcha vir lubricus per hec tēpora ſuas hereſes diſ
ſemiare orſus eſt: a quo poſtea Cherynthiane hereſis dicta eſt. Dicebat enim
legalia tantum ſeruanda: vt habetur in canone. 24. q. 3. c. Quidam.

Hebion quoqꝫ Hereſiarcha a quo Hebiones heretici aſſumpſere cognomē his
temporibus comparauit: qui aſſerit chriſtum puruꝫ fuiſſe hominem: ⁊ apoſtolū
Paulum legis apoſtatā eſſe.

Thymoteus apoſtoli Pauli diſcipulus ab eodēqꝫ magiſtro Ephesi epiſcopuſ or 90
dinatus hoc anno poſt multos pro Chriſto Agones perlatos ibideꝫ martyrio
coronatur. Ad hunc Paulus e laodicia duas ſcripſit epiſtolas de exhortatione
martyrij ⁊ omnis regule veritatis vnam. Aliam vero de ordinatione epiſcopa/
tus ⁊ diaconij ⁊ omnis eccleſiaſtice diſcipline. Cuius diei feſtiuitas agitur. xi°.
kl'as Februarij.

Titus ſimiliter Pauli apoſtoli diſcipulus ⁊ ab eodem Cretenſium epiſcopuſ or/
dinatus hoc ipſo anno poſtꝙ̄ predicationis officium fideliſſime multis āns ex
ercuiſſet: beatum finem adeptus eſt: ibiqꝫ apud eandem eccleſiam vbi fuerat di
gnus miniſter conſtitutus: ſepultus fuit. Huic Paulus e Nicopoli epiſtolā ſcri
pſit: in qua eum commonefacit ⁊ inſtruit de conſtitutione preſbyterij ⁊ de ſpiri
tuali conuerſatione. ⁊ vitandis hereticis qui traditionibus iudaicis credūt. Ei⁹
feſtū. 2°. nonas ianuarij celebratur.

Creſentius Pauli apoſtoli diſcipulus qui ſuperioribus diebus per Galliaꝫ tran
ſitum faciens multos ad fidem Chriſti verbo predicationis conuerterat. Hac
tempeſtate quinto kalendas Iulij quieuit in pace. quo etiam die feſtum ei⁹ ce/
lebratur.

Iulianus Cenomanenſis epiſcopus quem nonnulli Simonem leproſum ad nō
liberatum fuiſſe affirmant. Quiqꝫ ⁊ dominum hoſpitio ſuſcepit per hoc tem/
pus migrauit ad celum. Hunc apoſtoli poſt domini aſcenſionem ibidem ordi/
nauerunt epiſcopum: vbi inter cetera eius miracula tres mortuos fertur reſu/
ſcitaſſe. Cuius feſtum celebratur. 5°. kl'as Februarij.

Iulianus item alium qui vtrunqꝫ parentem neſcius confodit: his quoqꝫ tempo
ribus poſt longas ⁊ inceſſabiles lachrymas: arduamqꝫ penitentiaꝫ. 6°. kl'as Iu
lij in domino quieuiſſe perhibetur. Quo etiam die eiuſ recolit memoria.

Domitianus

Secunda in chriſtianos perſecutio.

Domitianus itaqꝫ. 12.° imperij ſui anno ſecundam poſt Neronem in chriſtianos exercere cepit perſecutionem. In qua ⁊ Joannes apoſtolus (de quo mox dicemus) in Pathmon inſulaꝫ relegatus fuit vbi ⁊ Apocalypſim vidit: quā manu ſua conſcripſit Paſſiqꝫ ſunt inter ceteros Cletus ⁊ Anacletus pape ⁊ reliq infra deſcripti: vꝫ.

Domicilla virgo ſanctiſſima Flaui Clementis ex ſorore neptis a ſancto Clemēte ſacro uelamine conſecrata perſecutione ac cū alijs multis ī iſulam pontiam deportata longū ibi pro chriſto duxit exilium. Nouiſſime cuꝫ multos eo ī loco doctrina ⁊ miraculis ad fidem conuertiſſet a quodam rege incenſo cubiculo in quo ſimul cum alijs virginibus Euphroſina ⁊ Theodora clauſa morabatur Nonis Maij quo ēt eius feſtum celebratur curſum martyrij conſumauit.

Nichomedes itē Romāus preſbyter ſub hac Domiciani perſecutiōe Rome via Numentana paſſus eſt. Qui cum diceret compellentibus ſe ſacrificare. Ego non ſacrifico niſi deo omnipotenti qui regnat in celis plumbatis diutiſſime ceſus: Decimoſeptimo kalendas octobris migrauit ad dominum. Eoqꝫ die ab eccleſia eius feſtiuitas celebratur.

Hermacoras Aquilegienſis Archiepiſcopus: ⁊ totius Venetie prothopreſul a beato Petro conſtitutus qui beatiſſimi Marci Euangeliſte predicatione ad fidem fuerat cūuerſus hac tempeſtate: cum inter multa ſanitatum miracula ⁊ predicationis inſtantiam: populorumqꝫ conuerſionem multa penarum genera expertus fuiſſet: ad vltimum cum Fortunato Archidyacono ſuo capitali ſententia. 4.° Idus Julij perpetuā ſibi gloriam comparauit Sunt tamen qui dicāt eum cum regionem noſtram deo lucratus fuiſſet ſub Nerone ſecuri percuſſum martyrium compleuiſſe. Hic Syrum diſcipulum virum doctiſſimū exinde Papiā epiſcopum miſit vbi ⁊ mira ſanctitatis edidit opera.

Dioniſium quoqꝫ Ariopagitam Pariſienſem epiſcopum cū Eleuterio archipreſbytero ⁊ Ruſtico dyacono in hac perſecutione ibideꝫ paſſuꝫ fuiſſe cōſtat. Qui cum a Clemente Romano pontifice ex precepto Petri predicandi gratia ad Gallias directus eſſet: ibiqꝫ per aliquot annos commiſſuꝫ ſibi opus ardēter exegiſſet. Tandem a prefecto vrbis Pariſij Feſcēnino nomine vna cum ſocijs nonagenarius gladio percuſſus martyriuꝫ compleuit. Hic eſt ille Dioniſius Ariopagita philoſophus ⁊ aſtronomus qui athenis cuꝫ ceteris aſtronomis in domini paſſione dixit. Aut deus nature patitur: aut ordo nature deſtruet̄. Queꝫ poſtea Paulus apoſtolus conuerſum baptizauit et diligenter iſtruxit. Athenienſiumqꝫ epiſcopum ordinauit: vbi poſtmodum predicationi inſiſtēs ciuitateꝫ ipſam: et maximam regionis partem chriſtiane fidei ſubiugauit. Hic cum ceteris apoſtolis vt ipſemet li.° de diuinis nominibus teſtatur dormitioni dei genitricis interfuit. Poſtea vero cū audiſſet apoſtolos Petruꝫ ⁊ Paulū a Nerone Rome detentos epiſcopum ſibi ſubſtituens ad eos viſendos Romā venit poſt quorum felicem dormitionem a Clemente epiſcopo (vt premiſſum eſt) in gallias cum ſocijs directus eſt. Vbi ⁊ ſeptimo idus octobris martyrio coronatur.

Scripſit Hic ea que ſubiecta ſunt: vꝫ.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| De eccliaſtica Jerarchia | li i | cui° Pricipiū | Quia quidem. |
| De celeſti Jerarchia | li i | Principium | Omne datum |
| De diuinis noibus | li 2 | Principiū | Nunc celo |
| De miſtica theologia | li i | Principium | Trinitas ſuper |

Extant etiam eiuſdem epiſtole. xij. Quarum pria ſecunda tertia ⁊ quarta Gaio ſcribitur. Quinta Dorotheo. Sexta Soſi patri. Septima Polycarpo epiſcopo. Octaua Demophilo que incipit: Hebreorum hiſtorie. Nona eidem. Decima a Joanni euangeliſte incipiens. Saluto te ſanctam animam. Vndecima ⁊ duodecima Appoliphano de Eclypſi in paſſione domini: que incipit. Nūc mihi ad te ſermo ē.

Papa quartus

Clemēs natiōe Roman° de regiōe Celij mōtiſ pꝛe Fauſtio poſt Cletū

Domicianus

tū ſedit annis.9.menſibus.2.diebus.10. Hunc beatus Petrus vt ↄſtat ex epiſto
la ad beatum Jacobum hieroſolimitanum epiſcopum miſſa: poſt ſe Romanū
conſtituit epiſcopum. Sed cum eſſet omnium modeſtiſſimus Linum ⁊ Cletū
ſponte in honore ſibi pretulit. Hic doctrina: religione ac pietate inſignis innu-
meros ad fidē chriſti conuertit: qui cum aliquos tractatus ⁊ epiſtolas eccleſie
nomine perutiles edidiſſet. Eccleſiā deinde romanā inſtitutis moribuſq; ↄfir
maturus ↄſtituit ne quis epiſcopus vnq̄ʒ dyacono abſente celebrare preſume- 91 5290
ret: quod teſtatur. Gratianus in Canone. 93. di. c. Dyaconi. Vetuit item Lai-
cis ne quem clericorum accuſare preſumerent: vt. 2. q. 7. c. Sacerdotes ⁊ reliqui
Mandauit iterum eodem teſtante presbyteris ne miſſas niſi in ueſtimentis ſa-
cratis celebrare preſumerent: de conſe. di. i. c. hic ergo. Diuiſit etiam regiones
notarijs ſeptem qui diligenter res geſtas martyrum conſcriberent. His optie
geſtis. P. Tarquinium principem ⁊ Mamertinum vrbis prefectum infenſos
habuit qui Traianum virum optimū in eum ac in reliquos chriſtianos cōcita
uerūt: vnde ⁊ eius iuſſu in inſulam deportatus eſt. Quo in loco (vt ſacra eius
habet hiſtoria) duo chriſtianorum milia ad ſecādos lapides inuenit qui aque
penuria maxime laborabant: quia eam cum opus eſſet e ſexto miliario repete
re oportebat. Clemens autem populi neceſſitate commotuſ fuſa oratione cō-
feſtim haud lōge agnū vidit: de ſub cuius pede dextro fons uiuus emanare ce
pit. Et conuocata turba omnes eadem aqua recreauit. Quo miraculo multi
ad fidem chriſti ſunt conuerſi. Unde indignatus Traianus ſatellites miſit qui
alligata Clementi collo anchora eum nono kalendas decembris in mare pro
iecerunt. Huius ſanctiſſimum corpus non ita multopoſt ad littus delatum eſt
atq; eodem loco ſepultum vbi fons emanauerat. Quo in loco etiam templum
poſtea conſtructum eſt. Verum poſt eius mortem ſedes vigintiduobus die-
bus vacauit.

## Viri doctrinis excellentes.

Seruius Sulpitius orator ⁊ Juriſconſultus doctiſſimus per hoc ipſum tempus Rome claruit. Qui inter cetera de dotibus libꝝ edidit. Item de nuptijs librū vnum. Et de ſacris diſtentatandis libros duos atq; alia multa.

Jſaeus Romanus orator hoc tempore diſertiſſimus habetur. Cuius contempo raneus. Quintilianus licet etate prouectior li. 12. de Inſti. ora. meminit cum de genere dicendi pertactaret dicens Tranſeo plurimoſ lycurgū Ariſtogitatonā ⁊ his priores Jſaeum Antiphontem quos vt homines inter ſe genere ſimi- les differentes dixeris ſpecie. Hunc etiam Plinius nepos qui eiuſdem quaſi temporis in precio fuit in quadam epiſtolo plurimū laudat.

P. Statius Neapolitanus: Sellis tamen Epyrotico oppido oriundus Rome p hec tempora floruit: vbi ⁊ librum de Thebaico bello edidit: qui incipit. Frater nas acies. Et librum de Achillis infantia: cuius principium eſt. Magnanimū eacidem. Item librum ſiluarum pro quibus rure Albano donatus Martiali ac Juuenali plurimum odio fuit.

M. V. Martialis poeta ⁊ Epycureus philoſophus his temporibus ex hiſpa- nia veniens Romam propter ingenij ſui magnitudinem ⁊ Epygrammata con fecta magno in precio habitus eſt. Qui ex Bilbili hiſpanie vrbe patre Fronto ne ⁊ Flacilla matre ducens originem: indeq; in Celtiberiam tranſlatus nutri- tuſq; optime litteras didicit. Ea vrbs prope Salonem fluuium vbi Sertorius contra Metellum dimicauit conſtituta ē: Verum Martialis cum ſub Traia- no principe ſenio confectus eſſet in patriam redijt: diemq; ſuū obijt.

Juuenalis poeta Satyricus natione Aquinas hoc tēpore Rome claruit qui pa- tris libertini filius fuit: incertum an alumnus an filius fuerit: heres tamen certe Hic cum octogenarius eſſet cohorti in egyptum miſſe a populo Romano pre fectus deſignatus eſt Et id quidem in penā non in honorem: eo q̄ Romanorū tempora Satyris notare preſumpſiſſet Et cum in itinere eſſet vite ceſſit.

Stellam quoq; Patauinum poetam non ignobilē cum ſupradictis claruiſſe mul



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Domitianus
taqꝫ ſcripſiſſe ferunt. Amauit autem violentillam quam ⁊ in vxorē duxit.
Juſtinus Tyberienſis ex prouincia Galilee natus hiſtoricus inſignis habitus ē
hic Judaice cladis hiſtoriam contexuit quam Joſephus (teſte Hieronymo) i
probauit. Ferunt etiam eum nōnullos ſcripſiſſe cōmentarios.
Apollonius quoqꝫ Tyaneus ⁊ Euphrates philoſophi per hoc ipſum temp⁹ cla
riſſimi habentur de quibus nōnulla monumenta ſcripta dicuntur.

Nerua

Nerua tertiuſdecimus Romanorum imperator anno.3º.218.olympia
dis p⁹ Domitianū ſenio confectus imperator electus eſt. Jmperauitqꝫ
5298 99 anno vno ⁊ menſibus.4. Qui ſuſcepto imperio cuꝫ omnia imperij ſce
ptra ex tyrannide anteceſſoris in tumultu offendiſſet ſe equiſſimum atqꝫ vtileꝫ
omnibus preſtare conatus eſt. Unde eius opera omnia Domitiani acta ex ſe
natus decreto abrogata fuere. Quobrem multi exilio dānati i patriam rediere.
multiqꝫ bonis ſuis ſpoliati ſuo beneficio ea recepere. Jnter quos etiam Joan
nes euāgeliſta ab exilio reuocat⁹ ad Epheſū cū gaudio remeauit. Uez poſt ſui
principatus annū cū iam ſenio grauaretur: ⁊ mors inſtaret reipublice cauens
Traianum ſibi adoptauit in filium ⁊ ſeptuageſimūſecundū etatis excedens an
nū vite finē fecit. Cuiuſ corpus in hortis Saluſtianis ſepelitur. Jpſeqꝫ ex ſena
tus decreto inter deos refertur.
Uictorinus preſbyter vir ſanctitate ⁊ miraculis clarus cuꝫ ſacerdotium Amiter
ne vrbis totius populi conſenſu adeptus eſſet: hoc anno Romam ad Neruam
principem adductus iuſſu ipſius capite deorſum appenſus eſt in loco vbi putē
tes ⁊ ſulphuree emanant aque. Qui cum per triduum id martyrij genus ꝓ no
mine Jeſu paſſus fuiſſet tandem nonis ſeptembris migrauit ad dominum. Cu
ius etiam feſtū eo die agimus.

Papa qnt⁹

Anacletus natione grecus: pria Atheniēſis pre Antiocho nat⁹ Clemē
ti ſucceſſit: ⁊ ſedit ānis.9. Quem Euſebius pretermittēs aſſerit ipſum
eſſe Cletū. Sed Damaſus in ſua Chronica ei in hoc alijſqꝫ multis cō
tradicit: qꝛ Cletū ab Anacleto ⁊ pria ⁊ mortis genere differre oſtendit. Nam
Clet⁹ natiōe Romanus. Anacletus vo Atheniēſis. Hic autem vir optimus fu
it: primuſqꝫ memoriā Petri compoſuit ⁊ ſeorſum a plebe loca vbi martyres ſe
pelirentur aſſignauit ſed ⁊ inſtitutis ⁊ moribus romanam eccleſiam confirma
turus teſte Gratiano in canone: conſtituit ne epiſcopus a paucioribus q̄ a tri
b⁹ epis ordiaret: ſicut hꝫ.66.di.c. Porro.⁊.c. Hieroſolimitanus. Uoluit tn̄ vt
ſimplex pſbr ab vno tm̄ epo ordiari poſſet.67.di. Reliqui ſacerdotes. Māda
uit quoqꝫ epiſcopū dominica die ⁊ hora tertiarū ſemp eſſe ordinādū.75.di. Or
dinationes epiſcopoꝝ. Statuit itē ne quiſ epiſcopus alienos ſubditos ordinare
preſumeret.7.q.i.c. Epiſcopus in dioceſi aliena. Utqꝫ clerici ad ſacros ordines
publice non priuatim aſciſcerentur: omnibuſ quoqꝫ fidelibus precepit vt pacta
communione communicarent. Qui vero nollent: ſacris edibus pellerētur. Unā
hic tantum ordinationem in menſe decembri celebrauit qua quinqꝫ preſbyte
ros: tres dyacones ac ſex epiſcopos ordinauit. Qui deniqꝫ ſub Traiano pro fi
de chriſti ſupplicio peremptus eſt: ⁊ vacauit ſedes diebus.13.

Traian⁹

Traianus genere hiſpanus. Nerue per adoptionem filius cognomēto
Ulpius Crinitus.14. Romanorum Jmperator poſt Neruam olym
5299 100 piade.219.electus eſt ⁊ imperauit annis.18.⁊ menſibus.6. Uir quideꝫ
preſtantiſſimus: ⁊ inter ſanctos chriſtianos (vt ita dixerim) merito inferen
dus q̄ optimos principes omnes rerum geſtarum magnificentia: ⁊ omnimo
da virtute gloria ⁊ laude ſuperarit. Jn primis enim imperij fines longe late
que diffudit. Germaniam tranſrhenanam ſecundum Oroſium libro.7. in
priſtinum reduxit ſtatum. Daciam omnē cuꝫ alijs gentibus romano ſubiugauit
imperio. Parthos recepit Albanis regem dedit. Euphratem ⁊ Tygrim pro
uincias fecit. Armeniam: Aſſyriam: Meſopotamiam: Seleuciam: Creſi
phontem. Babyloniam vicit: ⁊ vſque ad Jndie fines tenuit. Ad mare rubrum
acceſſit: in quo etiam claſſem conſtituit qua in die fines vaſtaret. Hic omnibus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Traianus

⁊ per omnia ſe equalem exhibuit. Quinimo etiam amicos ſalutationis gratia
(Eutropio referēte) perſepe viſitauit ⁊ neminem vnq̄ leſit. Ubiqꝫ terrarū hic
iuſtiſſimus princeps ita ſe omnibus equalem preſtitit vt vſqꝫ ad Juſtiniani tē-
pora in creatione principum ſemper ſit acclamatū. Felicior ſit Auguſto ⁊ Tra
iano melior. Honores enim impij: diuitias: facultates ⁊ premia benemerenti-
bus preceteris eque diſtribuit. Cuius tale perſepe erat dictum. Talem priuatū
imperatorem eſſe oportere: quales ſibi priuatos optat habere. Immunitates
vrbibus inopia laborantibus vltro offerebat. Portum Anconitanum (nūc mi-
ruꝫ in modum auctuꝫ extruxit). Nihil vnq̄ in vita egit: nihil cogitauit qđ non
ad communem vtilitatem pertineret. Uixit annis ſexaginta tribus: ⁊ decem ⁊
octo imperauit. Cuius probitatis morumqꝫ: ⁊ ſi perierint ſcripta in hiſtoriam
digeſta non tamen oblitterata eſt adeo memoria quin multa ⁊ hic ⁊ alibi a no-
bis aliqua ſint celebrata. Igitur cum ſumma belli domiqꝫ gloria floreret: Euſe-
bio teſtante apud Seleuciam Iſaurie ciuitatem pro fluuio ventris extinctus ē.
Cuius oſſa Romam poſtmodum delata ibidem in foro in vrna aurea quā ipſe
ſtruxerat ſub colūna Cloclide que adhuc extat centum ⁊ quadraginta pedum
altitudine ſepulta ſunt. Statimqꝫ in deos ex ſenatus ſententia relatus ē.

Euariſtus natione Grecus: patre iudeo nomine Juda ex ciuitate Be- Papa.69
thleem natus ſedit annis nouem: menſibus decem: ⁊ diebus duobus. 101
vir ſane iuſtus: integerqꝫ. Qui vt Gratianus in canone tradit: titulos
in vrbe roma primus preſbyteris diuiſit: ⁊ ſeptem diaconos in ordinem redegit
qui epiſcopum predicantem cuſtodirent propter ſtilum veritatis qui poſſit ſibi
imponi: vt habetur. 93. diſtin. cap. Diaconi. Idem iudicibus mandauit: ne om-
nino ſententias proferrent precipites: ſecunda queſtione prima: capitulo Deus
omnipotens. Item conſtituit ne plebis in epiſcopum accuſatio reciperetur: ſe-
cunda q. ſeptima. capi. Non eſt a plebe. Uetuit item fidelium matrimonia clan
deſtina fieri ſed publice: ordinauitqꝫ vt ſponſus ⁊ ſpōſa a ſacerdotibus ſemper
benedicerentur: tertia queſtione quinta. cap. Aliter non fit. Hoc quoqꝫ eius de-
cretum fuit ne quis ante certam probationeꝫ iudicetur: aut condemnetur. Hic
ter ordinationes in menſe decembrio celebrans ſex preſbyteros: duos diaconos
⁊ epiſcopos per diuerſa loca numero quinqꝫ ordinauit. Tandemqꝫ ſeptimo ka
lendas Nouembris martyrio coronať. Quo die eius memoria ab eccleſia cele
bratur. Et vacauit ſedes poſt eius obitum dies. xix.

Joannem apoſtolum ⁊ Euangeliſtam Jacobi maioris fratreꝫ Zebedeiqꝫ filium
ſanctiſſimum virū ad hec vſqꝫ tempora perueniſſe ⁊ ſecundo huius pontificis 102
anno obijſſe conſtat. Qui omnium nouiſſimus euangelium ſcripſit ⁊ ea que a
Matheo: Marco ⁊ Luca conſcripta fuerant confirmauit. Quod eam ob cau-
ſam ſcripſiſſe ferunt vt Ebionitarum dogma conſurgens infringeret qui aſſe-
rebant chriſtum ante Mariam non fuiſſe. Unde ⁊ eius diuinam naturam ex-
plicare conatus eſt dicēs. In principio erat verbum ⁊ verbum erat apud deū ⁊
deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Scripſit ⁊ tres epiſtolas
canonicas in quibus ⁊ rationem verbi: vt deus ſit charitas manifeſtat ⁊ ſuſu-
rones nec deū ſcire ne pios fieri poſſe declarat. Deinde propter ipſum verbum
dei ⁊ teſtimonium ieſu chriſti in pathmon inſulam relegatus illic ab eodē A-
pocalypſim oſtenſam deſcripſit: que (vt Hieronymus ſcribit) tot habet ſacra-
menta quot verba: ⁊ in ſingulis eius verbis multiplices dicit latere ſententias
Tandem ab exilio in Epheſum reuocatus: cū ⁊ exemplo: conſilio ⁊ ſcriptis om
nes Aſie eccleſias pluribus annis ſuſtentaſſet ſexageſimooctauo poſt paſſio-
nem domini anno: etatis vero ſue nonageſimonono ibidē quieuit i domino: eo
qꝫ loci ſepelitur: ſuaqꝫ dormitione etiam vrbem honorauit: vbi antrum eius ad
huc oſtenditur.

Tertia in chriſtianos perſecutio.

Traianus autem licet ſingularis iuſtitie ⁊ humanitatis princeps haberetur: de- 103
cimo tamen imperij ſui anno quorundam malignorum delatione prouocatus

Traianus
cum mirum in modum chriſtianam rempublicam indies augere cerneret veri
tus nequid detrimenti Romanuȝ imperium inde caperet tertiā in chriſtianos
perſecutionem conceſſit: qua quidem multi referuntur interempti. Inter quos
hi fuerunt precipui: vȝ.
iio Ignatius epiſcopus vir ſanctitate eximius ex Anthiochia vinctus Romam ſta
tim perductuſ fuit: vbi preſente Traiano circūſedenteqȝ ſenatu in Amphithea
tro incluſus primo immaniſſimis ſupplicijs affectus: deinde leonibus obiectuſ
eorumqȝ dentibus prefocatus hoſtia chriſti effectus eſt. Cuius diei feſtum ka/
lendis Februarijs celebratur. Hic tertius poſt Petrum Antiochenam rexit ec
cleſiam.
Simeon Cleophe filius ⁊ domini noſtri Jeſu chriſti conſobrinus qui poſt Ja/
cobum hieroſolimitanam rexit eccleſiam in hoc tumultu antiquiſſimus apud
Hieroſolimam cruci affixus ē omnibꝰ admirantibus ꝙ taȝ ſenex centum ⁊ .xx.
annorum id crucis ſupplicium pati poſſet.
Hermes Romanus ciuis vir illuſtris: de quo in vita Alexandri pape fit mētio
ſub hac pſecutiōe ꝯphēſus prio carceri mācipat̄. deīde cedēte gladio quito kl'aſ
Septembris martyrij gloriam adeptus ē. Quo die etiam eius feſtum cum bea
tiſſimi patris noſtri Auguſtini feſto celebratur.
Euſtachius cognomento Placidus Traiani militum magiſter hac ſeua tempe/
ſtate vna cum vxore Theophaſta necnon ⁊ filijs Agapito ⁊ Theophaſto quo
rum miri leguntur actus. 12º kl'as Octobris, p chriſto coronati ſunt. Quo quidē
die etiaȝ eius excolitur memoria.
Papa ſe/ptimus 5309 iio Alexander pontifex natione Romanus ex regiōe Capite Thauri pa
tre Alexandro natus Euariſto pōtifici hoc in tumultu obtruncato ſuc
ceſſit ⁊ ſedit annis decem: menſibus ſeptem ⁊ diebus duobus. Uir qui
dem etate iuuenis: ſed moribus: ſcientia ac ſanctitate incōparabilis. Cuius rei
gratia etiam magnam ſenatorum partem conuertit ad dominum. Qui rei diui/
ne curam optime gerens nonnulla ſicut Gratianus in decretis refert decreta ꝯ
ſtituit. Et primo quidem decreto publico excommunicat ſedis apoſtolice lega/
tum impedire preſumentes: vt habetur. 94. di. c. Si quis autem. Mādauit itē
vt nullus clericus ante ſeculareȝ iudicem accuſaretur. xi. q. i. c. Relatum. Statu
it quoqȝ vt vna tantum miſſa in die celebraretur: de conſecra. diſtin. c. Sufficit.
Oblationem etiam ex azimo non fermentato vt ante conſueuerant mandauit
fieri: de conſecratione diſtin. 2. cap. In ſacramentoruȝ. Uoluit ēt aquā in cōſecra
tione ſanguinis chriſti vino admiſceri: quo ſignificaretur chriſtum eccleſie con
iunctum eſſe: vt ibidem. Inſtituit item vt aqua quam ſanctam appellamus ſa/
le admixta benediceretur: ac in fidelium domibus ſpargeretur: de conſecratiōe
diſtin. 3. c. Aquam cum ſale. Primus etiam ob memoriam paſſionis chriſti in ſa
crificio hoc addidit. Qui pridie ꝙ pateretur ⁊c. Demum poſt innumera mira/
cula inter q̄ Balbinam Quirini tribuni filiam ſanauit cum Euentio ⁊ Theo/
dolo diacono. 5º nonas Maij martyrio coronatur: ⁊ via numentana vbi inter/
fectus fuerat ſepelitur: ⁊ ceſſauit ſedes. 25. dies.

¶ Uiri doctrinis excellentes.

Suetonius tranquillus hiſtoricus ⁊ epiſtolarum magiſter: ac cauſidicus ex pa/
tricia gente natus his temporibus Rome in precio fuit: ⁊ ſub Hadriano princi
pe poſtea magne auctoritatis extitit. Ulta Plinio Nouocomenſi coniunctꝰ be
niuolentia. Hic preclarum opus de duodecim ſupradictis Ceſaribus edidit.
In quo ⁊ hiſtorias ⁊ annales veterum replicauit. Scripſit ⁊ de viris illuſtri/
bus eleganti ſtilo: quem diuus Hieronymus non dedignatus eſt imitari. Itē
Ludicram hiſtoriam necnon ⁊ de genere veſtium compoſuit: quod opus licet
non viderim adhuc extare dicitur. Hunc tandem a magiſtratu amotum fuiſſe
dicunt: ꝙ cum Sabina Auguſta Hadriani vxore nimiam conſuetudinem con/
traxiſſet: multiqȝ exiſtimabant eum ipſa abuti. Peruenit autem vſqȝ ad Anto/
nini veri tempora.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Traianus

Plinius Secundus Neucomenſis philoſophus ⁊ orator hiſtoricuſqꝫ clariſſimꝰ
ac equeſtris ordinis induſtria functus per hec tēpora cognoſcitur. Hic vt Sue
tonius ſcribit licet procurationes ſplendidas atqꝫ continuas ſumma integrita/
tate adminiſtraſſet: tamen liberalibus ſtudijs ita operam dedit: vt non temere
quis plura eo in ocio cōſcripſerit. Nam cum prefectus Ale militaret: de iacula
tione equeſtri librum compoſuit. De vita Pomponij ſecundi libros duos. De
bellis Germanorum libros viginti in quibus omnia que cum Germanis Ro/
mani bella geſſere collegit. De inſtitutione oratoris ab ipſis cunabulis libros
tres: quos in ſex volumina propter amplitudinem diuiſit. Item dubij ſermōis
libros octo. A fine Aufidi Baſſi libros trigintaunū. Naturalis hiſtorie libros
trigintaſeptem: opuſ quidem diffuſum ⁊ eruditum. Perijt tandem (vt iam dixi
mus) cum in claſſe Meſſeneſſi preeſſet ardentem Veſuuium viſendo quinqua
geſimoſexto vite ſue anno. Hic dum in perſecutione Traiani prouinciam rege
ret christianorum miſericordia motus: quia videlicet multi moriebantur. Ad
Traianum litteras dedit aſſerens innumera hominum milia quottidie obtrū/
cari in quibus nil mali omnino deprehenderetur. Quibus permotus impera/
tor iuſſit christianos non amplius requirendos eſſe.

Baſilides hereticus acutiſſimus tempeſtate hac vite finē fecit: qui ⁊ .23. volumi
mina in euangelium cōfecit.

Bion philoſophus clariſſimus ex Pruſia ciuitate ortus per hoc item tp̄s claruit
Qui inter cetera de regno multa conſcripſit.

Agrippa cognomento paſtoris chriſtianorum ſue etatis doctiſſimus his tempo
ribus floruit: qui Baſilidis predicti heretici volumina in euangelia ſcripta ſua
doctrina mirifice confutauit Barrabam ⁊ Barthetab eius prophetas ꝯficta .ſ.
nomina ad terrorem: ⁊ deum maximū Abraxas deridens.

Plutarchus Cheroneus philoſophus ⁊ hiſtoricus doctiſſimus: Traianiqꝫ ma
giſter ⁊ inſtitutor per hec tempora. Ingenio ⁊ auctoritate maximo i precio ha/
bitus eſt. De quo Polycrates in hyſtorijs ſuis ſic habet. Plutarchus philoſo/
phus homo in ſententijs fidelis: in verbis luculentus: ⁊ in ſacrario morum tan
tus arbiter fuit: vt facile principis poſſet dignoſci preceptor. Hic autem princi/
pi ⁊ diſcipulo ſuo quattuor ingerere conatur. Dei reuerentiam ſcilicet ſui cultū.
officialium diſciplinam: affectum ⁊ ſubditorum protectionem. Qui etiam mul
tos vt erudititiſſimus vir edidit libros: videlicet. De educandis liberis librum v
num. De politica conſtitutione librum vnum. De non iraſcendo librum vnum.
De pacientia librum vnum. De anima librum vnum. De Homero poeta libroſ
duos. De magiſtratuum moderatione qui intitulatur Archigramatonꝰ librū
vnum. Et libros ſimiliter de Symphoniacis edidit. Vitas preterea multorū
tam latinorum q̄ grecorum virorum illuſtrium diffuſe elegantiſſimeqꝫ collegit
Romuli ſcilꝫ et Nume Pompilij: Publicole: Coriolani: Camilli: Fabij ma/
ximi: Marcelli: Scipionis aphricani. Quinti Flamminij: Catonis ſenioris:
Pauli Emilij. T. Gracchi: Sylle: Marij: Sertorij: Luculli: Craſſi: Pōpeij:
Iulij Ceſaris: Catonis Iunioris: Bruti: Ciceronis: Marci Antonij: Gal/
be: Othonis: Pomponij attici: Ruffi: ac Virgilij: Grecorū vero Theſei: Ly
curgi: Solonis: Alcibiadis: Themiſtoclis: Periclis: Pelopide: Hanibalis:
Philemonis:: Eumenis: Cymonis: Alexandri magni: Nicie: Phitonis: Dio
nis: Demoſthenis: Demetrij: Arthaxerſis: Arati: Euagore: Platonis. Ariſto
telis: Tymoleonis: Agis: Cleomenis: Lyſandri: Pyrrhi ⁊ Homeri. quorum
vitas locis ⁊ temporibus ſuis ꝓut potui abbreuiatas. Hic inſerui.

Terentius Scaurus Grammaticus (Helio teſte) Traiani temporibus floruit:
q nobiliſſimꝰ vir inter cetera de Caſelij erroribus librū compoſuit.

Egeſippum virum quidem ſanctiſſimum atqꝫ doctiſſimum his temporibus flo/
ruiſſe Euſebius refert: qui inter alia a paſſione domini vſqꝫ ad ſuam etatē oīs
eccleſiaſticorum actuum texuit hiſtorias: vt quorum ſectabatur vitam: dicendi
quoqꝫ exprimeret caracterem.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Hadrianus

Papa.8. Sixtus pontifex natione Romanus patre paſtore natus poſt Alexandrū ſedit ānos.x.men.3.dies.21. Uir ſane bon⁹ ⁊ rei diuie (vt par erat)
5317 118 amator cuius curā optime gerens ꝯſtituit Gratiano teſtante: ne a quoq̄ꝫ niſi a miniſtris ſacroꝝ myſteria vel vaſa ſacrata tangerent̄: ⁊ q̄ꝫ maxime a feminiſ. Et ne corporalia ex alio q̄ꝫ ex lineo pāno puriſſimo candidoqꝫ fierent. Et ne miſſa niſi ſuper altari celebraret̄. Statuit etiā ne epiſcopi ad ſedem apoſtolicam vocati redeuntes a ſuis reciperent̄ niſi ſecum deferrent litteras pontificis plebem ſalutantes. Cenſuit quoqꝫ vt ſiquis a ſuo grauaret̄ Metropolitano: q̄ apud ſedem vniuerſalis eccleſie appellari poſſet: vt hꝫ.2.q.6.c. Siquis putauerit. Statuit item vt epiſcopi accuſatio non reciperetur: niſi duorum aut triuꝫ teſtimonio comprobaretur.2.q.7.c. Accuſatio. In miſſarum quoqꝫ celebratione mandauit: vt ſanctus ſanctus ſanctus: dominus deus ſabbaoth cantaretur: qꝛ primo omnia miſſarum acta ſimpliciter tractabantur. Hic Peregrinū epiſcopū genere Romanum in Gallias miſit: qui cum eos in fide confirmaſſet: ibidē martyrio coronatus ē. Sixtus deniqꝫ tribus ordinationibus in Septembrio menſe habitis: in quibus preſbyteros: diaconos ac epiſcopos ꝑ diuerſa multos creauit martyrio coronatur: ⁊ in Vaticano apud ſanctum Petrum ſepelitur.

5313 119 Hadrianus cognomento Helius Conſobrine Traiani filius: quintuſdecimus Romanorum imperator. anno.3.225.olympiadis poſt Traianum imperare cepit: ⁊ imperauit annis.21. Uir vtiqꝫ vt Helius Spartianus hiſtoricus ſcribit bonus ac etiam inter optimos principes merito annumerandus. Nam liberalis: ſplendidus: magnificus: clemens: ac vtraqꝫ lingua eruditiſſim⁹: necnon etiam ⁊ muſice medicineqꝫ artis ſcientiſſimus fuit. Qui cū leges multas compoſuerit: a populo Romano pro benemeritis pater patrie eſt appellatus. Et non modo Romanis ſed etiam Atbenienſibus legem petentib⁹ ex Draconis ⁊ Solonis ſententia iura compoſuit. Quibus etiam bibliothecaꝫ inſignem conſtruxit. Cumqꝫ vir doctiſſimus eſſet: virorum etiam illuſtriū ⁊ maxime Plutarchi: Cheronei: Sixti: Agathoclis ⁊ Oenomani philoſophi familiaritate delectatus eſt. Idem quoqꝫ ſacris Eleuſine iniciatus multa Athenīēſibus dona contulit: eorumqꝫ pontem Cephiſi fluminis alluuione diſſolutum reſtituit. Pontem preterea ſui nominis qui adbuc extat ſuper Tyberim in Uaticano iecit: ac iuxta illum ſepulchrum ſuum mire magnitudinis ⁊ pulchritudinis extruxit: qua mole ſiue ſepulchro nunc pontifices Romani pro arce vtunt̄: ⁊ ſancti angeli caſtellum nuncupatur. Mirifice etiam ⁊ ſumptuoſe alibi hic digniſſimus princeps edificauit: ⁊ potiſſimum in iudea Hieroſolimam a Tito (vt diximus) euerſam menibus ⁊ edificiis inſtaurauit ⁊ ex ſuo nomine Heliam appellauit: precepitqꝫ ne cui iudeo: ſed tantum chriſtianis facultas in eam introeūdi omnino daret̄. Nam primo chriſtianis aduerſabat̄: ſed cognita eoꝝ religiōe eis admodum beneficus extitit. Alexandriam quoqꝫ a Romanis dirutam ſua īſtaurauit impenſa. Murum in Anglia duxit octoginta milibus paſſuū. Tiburtinā villam edificauit ⁊ Pompei tumulum magnificentiſſime extruxit. Qui tādem ſexagenario maior morbo intercutis aque apud Baias vite finem fecit. Hic apud Hadriam Apruciī vrbem in Italia ex progenitoribus Hiſpanis ortus fuit.

Cocebas quidam iudeus factioniſqꝫ iudaice dux tempeſtate hac chriſtianos variis ſuppliciis teſte Euſebio quaſi rabie efferatus perſequitur. Qui per diuerſas orbis partes in eos adeo exarſit ⁊ in lybia precipue tanta geſſit bella vt interfectis cultoribus penitus ſit deſolata terra. Et niſi poſtea Hadrianus imperator illuc collectas aliunde deduxiſſet colonias: vacua prorſus terra manſiſſet. Egyptum quoqꝫ Cyrenem Thebaidemqꝫ cruentis ſeditionib⁹ turbauit: Uerum cōmiſſo in Alexandria prelio victus plurimūqꝫ attritus fuit. In Meſopotamia inſuper biſdem rebellantibus iudeis iuſſu imperatoris bellum illatum ē multaqꝫ eoꝝ milia cruentiſſima cede deleta ſūt.

Martyres ſub Hadriano paſſi.

Hadrianus

Fauſtinus ⁊ Jouita cōciues Bryxiani ⁊ inclyti milites ſeuiente adhuc Traiani 121
perſecutione in principio Imperij huius apud Bryxiam poſt multa miracula ⁊
predicationis inſtantiam: populorumq; conuerſionem multa penarum exper-
ti ad vltimum. xv. kal'. Martij capitali ſententia perpetuum meruere triūphū
Quorum etiā feſtiuitas eo die celebratur.
Calocerus ſilr nobilis vir ⁊ predictis ꝯciuis in eadem vrbe pro chriſto glorioſū
ſuſcepit martyrium.
Secundus inſignis chriſti ſeruus vno eodemq; tempore apud Aſtenſem vrbem
Ciſalpine Gallie martyrio coronatus ē: qui primo flāmis iniectus cum illeſus
euaſiſſet ac tanti miraculi a iudice eſſet dimiſſus rurſus pro inſtanti ⁊ alacri ꝑ-
dicatione de Chriſto facta ab eodem capite plexus ē.
Seraphia Antiochena virgo beatiſſima per hoc tempus Rome ꝓ Chriſto paſ
ſa eſt: quam cum iudex duobus laſciuis viris illudendam tradidiſſet minime-
q; illudi potuiſſet nec poſtmodum ardentibus lampadibus inflammari iuſſu
preſidis fuſtibus duriſſime ceſa. Tertio nonas Septembris gladio necata eſt.
Quo ēt die recolitur memoria.
Sabina itē illuſtriſſima mulier: quā Seraphia predicta in fide Jeſu chriſti per-
ſuaſerat: his tumultibus apud Romā in Auentino monte gladio ꝑcuſſa. Quar
to kl'as Septēbris martyrij palmā adepta ē. Quo die vna cū beati Joānis ba
ptiſte decollatione eius feſtū agitur.
Simphoroſa beatiſſimi Getulij martyris vxor apud Tiburtinam vrbē cū ſeptē
filijs ſuis primo palmis ceſa: deinde crinibus ſuſpenſa: poſtremo alligato ad col
lum eius molari ſaxo in flumine precipitatur. Cuius feſtum celebratur. 14. kl'as
Auguſti.
Euentius ⁊ Theodolus viri clariſſimi apud Romā his tꝑibus ꝓ chr̄o martyres 122
efficiuntur. Qui cū Alexandro papa poſt longam carceris ſuſtinentiā ignib⁹
examinati. 5. nonas Maij decollati ſunt. Hoq; die eorum feſtum celebrari mā
datum eſt.
Eleutherius Meſſanenſis ep̄s ⁊ Anthia eius mater vite ſanctimonia ⁊ miracu
loꝝ virtute illuſtres his tꝑibus lectum ferreum ignitum: Craticulam ⁊ Sarta
ginē oleo: pice ac raſina feruentem ſuperantes: leonibus quoq; proiecti: ſ; mi-
nime leſi nouiſſime iugulantur. Et eorum feſtum celebratur. 1. kl'as Maij.
Quadratus Athenienſis ep̄s ⁊ apoſtolorum diſcipulus: vir vtiq; doctiſſim⁹ hac
tempeſtate eccleſiam grandi terrore diſperſam fide ⁊ induſtria congregans ēt
librū ꝓ chriſtiane religionis defenſione edidit plenum fidei ⁊ rationis atq; apo
ſtolica doctrina dignū. Deniq; ꝓ fide Chriſti paſſus: vt ſanctus hitus ē: ⁊ feſtū
eius. 7. kl'as Junij celebratur.
Quirinus primo Tribunus poſtea epiſcopus per hoc tempus apud Jlyricum 123
i. ſclauoniā vrbe Sciſcia ſecundo nonas Junij obijt martyr. Nam (vt Prudē
tius ſcribit) ligato ad manum eius molari ſaxo in flumine precipitatus ē. Et cū
aſtātib⁹ diu locut⁹ fuiſſet ne ei⁹ terrerēt̄ ſupplicio: vix ꝑcib⁹ vt mergerēt̄ obtiuit.
Zenon qdā Romanus cū alijs decem milibus ⁊ ducentis tribus ⁊ ipſi Rome ad
guttā ingiter manantem ſub hoc tumultu pro chriſto interfecti ſunt. Quorum
feſtū ſub vna celebritate. 7. idus Julij recolitur.

Elephorus pontifex natiōe grecus prīe Anachorita poſt Syxtū ſedit Pap. ix.
ānis. xi. men. 3. dieb⁹. 21. Vir certe ſingularis doctrīe ⁊ v̄tutis q teſtante 135 5334
Gratiano: ī decretis cōſtituit vt. 7. ebdomadib⁹ añ paſcha ieiuniū ob-
ſeruaretur ſicut hr̄. 4. di. c. Statuim⁹. Cenſuit itē vt iudices nullā ferrent ſentē
tiam abſente reo. 3. q. 9. c. Accuſatori. Vtq; ī natali domini nr̄i Jeſu chr̄i noctu
tres miſſe celebrarent̄. Pria ī dimidio noctis qua chr̄us nat⁹ ē. Secunda illuce
ſcente aurora: quādo a paſtorib⁹ cognitus ē. Tertia ī hora tertiaꝝ: ī reliquo tꝑe
añ horā tertiaꝝ miſſā celebrari īterdixit. Mādauit quoq; vt añ ſacrificiū hym
nus ille cātaret̄. ſ. glīa ī excelſ deo: vt hr̄ ō ꝯſe. di. i. c. nocte ſacra. Tādē cū q̄ttuor
ordinatiōes ī decēbrio mēſe hūiſſet illuſtriſſimū pro chriſto duxit martyrium.

Hadrianus
Cuius corpus in Vaticano apud beatum Petrum ſepultuꝫ perhibetur. Et eo mortuo ceſſauit papatus dies ſeptem.

Viri doctrinis excellentes.

157 Papias hieropolitanus epūs Ioānis aplī auditor huius pōtificis tempore fuit. Vir certe doctiſſimus: qui in Aſia (vt Hierony. ſcribit) quinqꝫ volumina ſcripſit: que explanationum domini noſtri ieſu chriſti titulo prenotanꝰ.
Ariſtides quoqꝫ Athenienſis philoſophus: chriſtiqꝫ diſcipulus per idem tempꝰ floruit: ⁊ volumen chriſtiani dogmatis rationem ꝯtinens vna cū quadrato epō predicto Hadriano principi obtulit. Qua Apolegetico libro ab Hadriano perlecto confeſtim idem princeps iniuſtum exiſtimauit chriſtianos ī dicta cauſa ibi ꝗ occidi: Vnde ⁊ Aſie proconſuli ſcripſit vt neminem Chriſtianuꝫ occideret: niſi de aliquo crimine ꝯuictum.
Iuſtinus philoſophus ⁊ in ſacris litteris vir eruditiſſimus patria Paleſtinus ex Neapoli vrbe oriundus his temporibꝰ pro fide chriſti multū elaborauit. Qui poſtea Antonino principi ⁊ eius filijs librum dedit contra gentes ſcriptū. Alios etiam nōnullos compoſuit libros: vꝫ de Monarchia dei librum .i. de anima li. i. Itē librum quem vocauit Pſaltem. Item Dialogum contra Triphoneꝫ iudeum. Et contra Martionem. Et contra omnes hereſes. A quibus poſtea hereticis pro fidei dignitate morteꝫ ſuſtinuit.
Secundus Athenienſis phūs hoc tempore in precio fuit qui ſemper ſilentiū ſeruans pythagoricam vitam duxit: eiuſqꝫ taciturnitatis cā fuit: ꝙ cum matreꝫ de illicito concubitu tentaſſet: illaqꝫ aſſentiſſet: vt eum poſtea eſſe filium cognouit ſpiritum pre pudore exhalauit. Quod aiaduertens Secūdus matri propter ſuam loquelam eueniſſe: hanc a ſe in poſterum exegit penam ne de cetero loqueretur. Quod cum Hadriano tum apud Athenas hyemē exigente nunciatum fuiſſet ipſum ad ſe ad ſe adduci fecit: Quem cum nec ſalutatione: exhortatione aut minis a taciturnitatis propoſito retrahere potuiſſet: admiratus philoſophi conſtantiam dixit ei. Quare lex iſta ſilentij nullo modo ſolui poteſt? Saltē vel manu tua problematibus meis reſpondeas obſecro. Et īterrogās dixit. Quid eſt deus? ille confeſtim reſcripſit. Deus eſt immortalis mens: incontemplabiliſ celſitudo: forma multiformis: multiplexqꝫ ſpiritus: incogitabilis inquiſitio: inſopitus oculus omnia continens: lux indeficiens ⁊ optimum bonum. Fuere ⁊ alia Hadriani problemata philoſopho propoſita: que breuitatis cā omitto.
Aquila ponticus philoſophus: ſecundus interpres poſt ſeptuaginta interpretes his temporibus fuit. Qui libros veteris teſtamenti ex hebreo in grecum tranſtulit: ⁊ verba prophete de virgine prolata ad iuuenculam tranſtulit non ſatis capiens diuina myſteria.

Papa. 10. Hyginus papa natione grecus: patria Athenienſis patre philoſopho pꝰ Teleſphorum ſedit annis. 4. menſes. 3. diebus. 4. Vir certe doctiſſimꝰ
5338 159 qui ⁊ epiſtolam eruditionis plenam de vnitate ac trinitate dei omnibꝰ Chriſti fidelibus legendam ſcripſit. Sed ⁊ Clerum prudenter in ordinem redegit: graduſqꝫ (Gratiano teſte) diſtribuit vt habetur in Canone. 77. di. c. In ſingulis. Statuit quidem ne quis Metropolitanus ſue prouintie epiſcopū alicuius criminis reum faceret: niſi prius a comprouincialibus epiſcopis cauſa fuiſſet cognita. 8. q. 3. c. Salui in omnibus. Cenſuit itē ne ſoboles ex ſecundis nuptijs ſuſcepta conſanguinitati prioris viri vllo modo copulari poſſit. 36. q. 10. c. Si qua mulier. Voluit etiam vt conſecrationeſ eccleſiarum ſemper cum miſſarum ſolennitate fierent: de conſecra. di. i. c. Omnes baſilice. Vetuit etiam ne ligna reliquaue eccleſiarum materieſ in prophanos conuerterentur vſus: de cōſecra. di. i. c. Ligna. Item voluit vnum ſaltem patrimum ⁊ vnam matrimam in baptiſmo vel confirmatione intereſſe de conſecra. diſti. 4. cap. In cathecismo. Cū autem de deo deqꝫ eccleſia benemeritus eēt: ⁊ ordinationes ter menſe decembri habuiſſet tertio idus ianuarij martyrio coronatuſ eſt: ⁊ apud ſancti Petri corpus ſepultus. Quo die ēt eius celebratur feſtiuitas.

Hadrianus

Syrus papienſis eccleſie digniſſimus epiſcopus ſuperioꝛibus annis ad eandem 140
vrbem a beato Hermacora Aquilegienſi archiepiſcopo pꝛedicandi gratia miſ-
ſus cū ibi pꝛimo chꝛiſti euangeliū pꝛedicaſſet: ⁊ magnis miraculis virtutibuſqꝫ
claruiſſet etiam Genuam maritimam vrbem. Derdonā: Aſtenſem: ⁊ reliquas
vicinas vrbes vna cū Iuentio pꝛeſbytero diuinis operibus illuſtrare curauit.
Deniqꝫ ad pꝛopꝛiam ſedem reuerſus hoc anno glorioſo fine in domino quie-
uit.

Photinus autē ⁊ tū Lugdunenſis epiſcopus ſingularis doctrine vir ac virtutis
(teſte Iſidoꝛo) his tempoꝛibus iaꝫ nonagenarius conſtanti animo martyrij co-
ronam percepit.

Tiburtinam ciuitatem que hodie Tibur vetus appellatur Hadrianus impera-
toꝛ (vt Helius Spartianus in eius vita ſcribit) miro ſumptu iſtaurauit: ⁊ ex vil-
la oppidum fecit. Hec vrbs ſexdecim paſſuum milibus a Roma diſtat ⁊ iuxta
Anienē fluuium in loco cliuoſo cōſtituta eſt. Quam tamen ciuitatem multo an-
te Romam oꝛiginē a grecis habuiſſe Strabo ⁊ Virgilius volunt. Cuius con-
ditoꝛ pꝛimus fuit Tiburtus Coracis ⁊ Catilli frater. Hi ſane fratres poſt Abe-
banoꝛuꝫ interitum a patre in italia pꝛogeniti: ſinguli oppidum ex ſuo noīe con-
ſtruxere: ꝙ teſtis eſt mons quidam pꝛopinquus qui Catbillus adhuc dicitur.
Et Croax oppiduꝫ famoſum inter Volſcos. Fuit enim quondam nobilis ciui-
tas: cui etiam pꝛopinque adhuc extant ipſius antique ciuitatis ingentes ⁊ ma-
gnifice edificioꝛum ruine que dignitateꝫ vrbis pꝛe ſe ferunt. Eo ſiquidem loco
Tiburtinus lapis foꝛtiſſimus foditur qui ad conſtruendam ꝯſeruandamqꝫ Ro-
maꝫ multum iuuit. Hanc vrbem Federicus cognomento Barbaroſſa: ab alijs
Theotonicis ſuperioꝛibus annis dirutā reedificauit: ⁊ deinde multi ſummi pō-
tifices: multiqꝫ cardinales auxere. Ex hac Simplicius Roman⁹ pontifex ⁊ alij
viri ſcientia ⁊ dignitate inſignes oꝛtuꝫ habuere.

Antoninus cognomento Pius: ſextuſdecimus Romāoꝝ iperatoꝛ poſt Antoni
Hadrianū. 229. olympiade imperare cepit: ⁊ vna cuꝫ filijs Aurelio Lu- 140 5339 n⁹ pius.
cioqꝫ vigintiduobus annis ac tribus menſibus imperauit. Vir quideꝫ
(vt Helius Spartianus hiſtoꝛicus refert) optimus Hadriani gener ⁊ per ado-
ptionē filius: Cuius pꝛogenitoꝛes (vt Julius Capitolinus ait) Hiſpani fuere.
